



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:


<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.




Ni. 201 CONFINED






303317878/


N.i. 201 CONFINED





303317878/

HERMESIANAX



HERMESIANACTIS

POETÆ ELEGIACI COLOPHONII

FRAGMENTUM

NOTIS ET GLOSSARIO ET VERSIONIBUS

TUM LATINIS TUM ETIAM ANGLICIS

INSTRUXIT

JACOBUS BAILEY A.M.

E COLL. TRIN. CANT.

APPENDICIS LOCO SUBJICIUNTUR

ARCHILOCHI AC PRATINÆ

FRAGMENTA DUO

SIMILITER INSTRUCTA

ACCEDIT GEORGII BURGESII EPISTOLA CRITICA

LONDINI

EXCUDERUNT R. ET J. E. TAYLOR

VENEUNT APUD WHITTAKER ET SOCC. LONDINENSES J. H. PARKER
OXONIENSEM ET T. STEVENSON CANTABRIGIENSEM

MDCCCXXXIX.



D.68/36


JACOBO TATE

PRÆCEPTORI SUO

PIE COLENDO

D.

JACOBUS BAILEY



P R Æ F A T I O.

DE Hermesianacte, poeta Colophonio, ejusque carmine Leontium inscripto, atque adeo de Elegia, unde hoc Fragmentum ab Athenæo excerptum est, tam luculenter egit Vir præclarus Ruhnkenius, ut vix recte mihi viderer me facturum esse, ni ea, quæ hac in parte disseruerit, paginis nostris integra concluderem. Quibus quidem si quid addendum esset, id sane ad Elegiæ, fortasse etiam ad totius carminis methodum ac structuram pertinere videbatur; cujus ratio, ut ex hoc pulcherrimo Fragmento satis liquet, ea fuit, quam in *Ἠολαῖς μεγάλαις*, sive *Καταλόγῳ γυναικῶν*, consecutus est Hesiodus. Neminem autem Interpretum id animadvertisse, eo magis mirandum est, quia ad rectam hujus argumenti cognitionem facem olim prætulit Canterus Nov. Lect. IV. 3. Vide Glossarium nostrum ad v. 1. Quod de vita ac moribus poetæ elegantissimi, inque suo genere optimi, nil fere innotuerit, id sane dolendum potius quam mirandum est, cum idem tum Homero poetarum principi, tum Shakspeario nostrati, etiam post inventam artem typographicam, contigisse videamus.

De Opellæ nostræ instituto hæc ad necessitudinem rei dicta sunt.

Textus, quem exhibuimus, ex Athenæo Guilielmi Dindorfii Lips. 1827. descriptus est: in quo ordinando nonnulla quidem innovavit Editor; difficiliora plerumque intacta reliquit. Quatenus autem a Schweighæuserana distet ejus recensio, ex utriusque textus collatione protinus apparebit:

	SCHWEIGHÆUSER.	DINDORF.
V. 3.	Αἰδόθεν	Ἄιδόθεν
ibid.	ἔπλευσε	ἔπλευσεν
6.	δι' ἐκ	διέκ
7.	μονόζωστον	μονόζωστος
9.	μειδήσαντα.	μειδήσαντα
15.	ἔθηκεν	ἔθηκε
19.	ὀργιῶν	ὀργειῶν
ibid.	ἀνεμῶλια ποιπνύουσα	ἀνέμω διαποιπνύουσα
20.	αἶδη	Ἄϊδη
26.	ἀναρχόμενος	ἀνερχόμενος
28.	μουσοπόλων	μουσοπόλον
29.	λεπτὴν γ'	λεπτὴν
38.	εἶχε	σίχε
ibid.	συνεξανύων	συνεξαμύη
42.	ποταμοῦ.	ποταμοῦ
43.	Δαρδάνην	δαρδάνη
54.	δουρὶ	δοῦριν
58.	χοροστασίαις.	χοροστασίαις
61.	κᾶκείνον	κᾶκείνον
66.	ταμίην	ταμίην,
67.	εἰσόκε τοι	εἰσόκε
ibid.	εὔρεν	εὔρετ'
82.	κῆδος	κῦδος
ibid.	ἀρετή	ἀρετή,
87.	εὐρόμενον	εὐρόμενον,
88.	ἐν	ἐνὶ
89.	ἐχρῆν πολλῶν	ἔχρη Ἀπόλλων
93.	οὐδέ	οὐδέ
94.	λόγω	λόγων
ibid.	εὐράμενος	εὐρόμενος
96.	δεινόν	δεινόν,
97.	ἠγήνατο	ἠγήνατο

Est ubi VV. DD. emendationes certissimas inter Variantes Lectiones nimis religiose latitare passus est, interdum etiam eas prorsus prætermisit, immo et in uno alterove loco vulgatam lectionem secus mutavit. Certissima, meo saltem iudicio, sunt ἀνεμώλια ποιπνύουσα v. 19. ἐκόνθ' v. 23. ἀπαρχόμενος v. 26. μουσοπόλων v. 28. κηρωθεῖς—στείχε συνεχανύων v. 38. ἐξ ὀνύχων v. 62. εἰσόκε τοι δαίμων, Εὐριπίδη, v. 67. ἀνεθρέψαντο v. 69. ἐκτήσαντο v. 79. πυκνὰ v. 81. δεινός, v. 96. ἐξ Ἐφύρης ἐβίω v. ult. Vide Notas ad loca. Mitto certissimam Porsoni emendationem οὐδὲ μένων v. ult. Dobræi Adversariis necdum in lucem missis. Vellem autem ab incisorum usu minus sæpe manum abstinisset Vir doctissimus, cum clausulæ non raro eo longitudinis accrescant, ut pæne anhelus ad metam devenias. Adde quod ex interpunctione minutiori locorum sententia clarius pateat necesse est. Exemplo sit v. 75. seq. quem locum sic uno flatu exhibet Dindorfius: ὃν Εὐρυπύλου πολιῆται | Κῶοι χάλκειον θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ | Βιπτίδα μολπάζοντα θοῆν, κ. τ. λ. Ubi conjectura plane opus est, qua assequaris, an ad θῆκαν, an ad μολπάζοντα, voces ὑπὸ πλατάνῳ pertineant. Quod si post πλατάνῳ leviter figas, plana fient omnia, neque ullus ambigendi locus erit. At neque vel aliis nominibus hac quidem in parte excusandus est Dindorfius. Etenim, si recte interpunxerit vv. 35. 89. protinus amovendum erit incisum post τὸν ἀοιδὸν v. 75. et clausula sic vel longius pertrahenda, eademque adhibenda erit medicina vv. 27, 69, 73. Sed hoc esset morbum augere, non minuere; nec rectius incisa amoveris, quam cola post Ἀντιόπην v. 16. et Πηνελόπης v. 30. Nec minus sibi impar est Dindorfius, dum in ipso Fragmenti initio pulmones lectoris ad hunc modum fatigat: Οἴην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο | Ἄγριόπην Θρῆσαν στειλάμενος κιθάρην | Ἄιδόθεν. Namque clausula Θρῆσαν στειλάμενος κιθάρην incisis non minus recte dispescenda est, quam illæ, sive incisis, sive punctis plenioribus, ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθωμένου, v. 11. Ἐάριον ὀργειῶν ἀνέμω διαποιπνύουσα | Δήμητρα· vv. 19, 20. ἰδίῳ ἀπτόμενος παθέων. v. 34.

ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου. v. 46. Σαπφοῦς φορμίζων ἡμε-
 ρόεντα πόθον, v. 48. ὕμνων | Τήιον ἀλγύνων ἄνδρα πολυφραδίη.
 vv. 49, 50. ὑπὸ σκολιοῖο τυπέντα | τόξου, vv. 63, 4. ἀμφὶ βίου
 στρυγῶν ἀντιάσαντι κυνῶν. v. 68. αἴτουσα μέγαν πόθον, v. 73.
 σκολιὴν μαιόμενοι σοφίην, v. 80. ἐλίκων κομψὰ γεωμετρίας | εὐρό-
 μενον, vv. 86, 7. οἰκί' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος v. 93. λόγων πολ-
 λὰς εὐρόμενος διόδους. v. 94. prout ipse Dindorfius dispescuit.
 Idem tamen incisa omisit vv. 5. 9. 21. 24. 25. 27. 31. 35. 51. 57, 8.
 Sed et merito dubitari potest, an *Λυσηίδος*, *Τήιον*, absque diæ-
 resis punctis, bene expressum sit vv. 41. 50. ex novo scribendi
 genere, quod apud Germanos hodie obtinet. Quas quidem for-
 mas improbasse Porsonum, testis est Dobræus Præf. ad Phot.
 Porson. p. XIX. Nam quod diæresis punctis carent nonnulli
 optimæ notæ codices manu scripti, quodque ea prorsus ignora-
 runt veteres Græci, id sane nihil moror. Caput quæstionis illud
 est, quatenus a bono editore servari debeant Grammaticorum
 notæ, et inter has diæresis puncta, quatenus vero amandari. Si
 quis eas penitus rejicere malit, ea longe alia res est. Quamvis
 autem in *Λυσηίδος*, *Τήιον*, et si qua sunt similia, nulla prorsus
 exstet difficultas, (namque per iota subscriptum, ad distinctio-
 nem, facile appingeretur diphthongus impropria) tamen, si a vo-
 calibus *Hi* incipiat nomen proprium, protinus exoritur ambigui-
 tas, ut, an pro impropria diphthongo sumendæ sint hæ vocales,
 an disyllabice pronunciandæ, haud facile dijudicaris. Exemplo
 sit vocabulum Ἡῶν, navale et emporium Amphipolitanorum,
 cujus meminerunt Herod. VII. 25. Thucyd. I. 98. Plutarch. Vit.
 Cimon. p. 482. D. Quod si scriptum fuerit Ἡῶν, more hodierno
 Germanico, qui, quæso, fieri potest, ut tecum statuas, an disyl-
 labica sit hæc vox, an trisyllabica? In Lexicis Græcis vetusti-
 oribus*, demtis diæresis punctis, confusio plane horrenda esset,
 (ut quivis videbit, qui vel Hesychii voces, a vocalibus *Hi* incho-

* In Photii loco, nervos fere omnes in Atticos scriptores intendentis, Ἡθεος: ὁ ὤραν γάμου ἔχων καὶ μηδέπω γεγαμηκός· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἐπίγαμος, vix dubito, quin Ἡθεος rescribendum sit. Vide Eurip. Phœn. 952. Soph. Œd. R. 18.

antes, in examen revocarit) nec ab ista multum diversa, quæ in Scholiis Homericis Villoisonianis obtinet, ubi de accentuum minutiis, sine accentibus, andabatarum more non raro dimicandum est. Quam ægre e libris impressis, ubi adscribitur iota*, existatur hæc nota, vel cæco apparebit.

* De iota adscripto vide omnino Thiersch. Gr. Gr. §. XV. 4. Primus autem, (quod a bibliographis notandum est) qui ad hanc Porsoni legem librum Græcum vulgavit, fuit Burgesius, litera adscripta passim usus in Troadum Euripidis editione Cantab. 1807. Nam vix recte excipi possunt Anthologiæ Græcæ, Apollonii Rhodii, et quatuor Euripidis dramatum, Medæ, Hippolyti, Alcestis et Andromachæ, editiones Florentinæ, cum eæ literis majusculis impressæ sint, iota adscripto dimidiato; quamvis exinde petita esse Porsoni literam, distinctionis causa, adscriptam minusculam nullus dubitem, id quod me monuit Burgesius. Quem deinde secutus est Porsonus in Hecubæ editione sua tertia Lond. 1808–11. cujus particulam tantum ipse prelo subjecit; nam quod reliquum erat ad editoris defuncti mentem fidissime procuravit Vir doctissimus, idemque Porsono amicitia conjunctissimus, Matthæus Raine S. T. P. Coll. Trin. Cant. e Sociis Senioribus, et Scholæ Carthusianæ Archididasculus. In qua tamen non nisi in contextu litera adscripta est. Accessit tandem Photius Porsoni Lond. 1822. accurante Dobræo, in quo (quod et in libro Burgesiano factum est) ad eandem normam cum ceteris efficta est litera adscripta, cum contra in Hecubæ editione dimidiata adscriberetur, perinde atque in Pluti apographo Porsoniano, in quo vulgando literam subscripsisse editorem desideratissimum, equidem non possum non mirari. Vide Præf. ad Porsoni Aristophanica p. IV. Qua literæ servata statura, funditus diluuntur ea omnia, quæ de ambiguitate, ex hoc scribendi genere oriunda, occinere timidiusculi quidam; quibus jam pro argumento vel istud videbatur esse, quod pro inciso, ita me Dii ament! inter legendum sumi poterat litera adscripta minuscula. Ceterum quod de Marcello, immatura morte prærepto, olim dictum est, vereor ne idem de hoc literæ adscriptæ usu ferme dicendum fuisset: *Ostendent terris hunc tantum fata, nec ultra | esse sinent.* Quanquam res longe secus, ut opinor, evenisset, si modo qui ex Porsoni disciplina protinus evaserunt præclari editores, literam in dramatum, a se vulgatorum, contextu semper adscripsissent. Sed ipsis aliter visum est. Litem melius fortasse diriment posteris. Interim locis, quæ ex Athenæo XIII. p. 599. C. XV. p. 700. F. protulit Porsonus ad Hec. 2. ex quibus luce meridiana clarius patet literæ adscriptæ *alta vetustas*, etiam tertium addam ex Persis, Teleclidæ fabula, apud Athen. VI. p. 269. D. ὁ Ζεὺς δ' ὕων οἴνω ἰκαπνία καὶ τοῦ κεράμου βαλανεύσει. Sic, inquam, impressum est in Aldina. MS. Marcianus Venetus Bessarioneus, "scriptura," quod ait Dindorfius, "sæculo duodecimo non recentiore, nullis impedita compendiis, iota non subscripto sed adscripto," οἴνω οἴκαπνίαι exhibet. Neque aliter codex Palatinus, infimi ævi, lectione proculdubio ex Marciano derivata; cujus vice οἴνω καπνία accurate exhibet Epitomes codex Parisinus, scriptura sæculum quartum decimum referente, prout edidit Casaubonus. Vides quam pulchre ad antiquam scripturam, partim in MS. Veneto, partim etiam in Aldina latitantem, accedat totus versus (correcto etiam κατὰ, cum Casaubono) ad Porsoni mentem cusus: ὁ Ζεὺς δ' ὕων οἴ-

De Notis meis τὸν Ἀργεῖον τρόπον, quod ait Pindarus, εἰρήσεται που κὰν βραχίστοις. Atque illud inprimis, in Fragmento corruptissimo, agendum curavi, ut præcipuas quasque VV. DD. Conjecturas, sive suis ipsorum verbis, sive ex mea narratione, ante oculos Lectoris ponerem: quibus diligenter excussis, meas rationes plerumque addidi, si quid in hisce vel rejiciendum videretur, vel amplectendum. Librorum tum scriptorum, tum etiam impressorum, Variantes Lectiones nusquam, quod sciam, commemini, nisi ubi necessarium esset ad Conjecturarum momenta accurate perpendenda. Si quid de meo pauculis in locis conjecerim, id in bonam partem æquus Lector velim accipiat.

Ceterum, quanquam in Notis creberrima (nec incassum, uti spero) usus sum locorum difficiliorum expositione, tamen, quo res magis in tuto esset, etiam Glossarium adjicere visum est. Cui profecto negotio me eo lubentius accinxi, quod vuculis paulo insolentioribus, vel significationis haudquaquam quotidianæ, interdum etiam ἄπαξ εἰρημένοις, vel a Lexicographis prorsus omissis, passim scatet hoc Fragmentum. Nec mihi, uti auguror, hocce additamentum vitio vertet Juventus studiosa, ubi “via ipsa tam lubrica est, et confragosa, et virgultis hic illic interclusa, ut in ea vel progredi quisquam, vel consistere, sine casu aliquo et prolapsione vix possit.” Si vero, in hac Opellæ nostræ parte, novum aliquod in re etymologica forte fortuna recte excogitarim, vel Auctorum veterum loca aliquot in transcurso accurate exposuerim, interdum etiam et emendarim, id omne lucro apponam.

Glossarium excipit Georgii Burgesii Epistola Critica, cum Postscripto*, quam, postquam cetera confeceramus, in usum nostrum diserte scripsit Vir amicissimus; qui et plagulas libelli,

νοι καπνίαι κατὰ τοῦ κεράμον βαλανεύσει. Notandum autem, humani aliquid passum esse Dindorfium, dum lectionem *ικαπνία* Aldinæ editioni obtrudebat. Debuit, quod vidimus, *ικναπνία*.

* Addenda quædam Burgesiana infra vide in libelli calce.

prelo exeuntes, lubens percurrit, et non uno in loco feliciter correxit. Piget me (nec diffiteor) horum temporum, dum talem Virum contemplor, adolescentem adhuc in nostra Academia non incelebrem, maturioribus annis a Dobræo et Elmsleio tantopere laudatum, hodie autem, si quis alius, turpiter neglectum. Adeo verum est illud, quod cecinit poeta, *Virtus laudatur, et alget**!

Sequitur Ruhnkenii *De Hermesianacte ejusque Elegia* brevis Dissertatio, (ad quam in Præfationis hujus exordio jam allusum est) quam protinus excipit Hermesianactis Westoni Censuræ Porsonianæ particula; quarum neutra, ut mihi quidem videbatur, recte abesse poterat.

De Versionibus jam pauca sunt dicenda. Prima e Latinis est Schweighæuseri. Secundæ naturam satis bene indicabit titulus, qui ei præfixus est, si modo in memoria teneas, unam fortasse atque alteram textus emendationem in Glossario propositam esse. Anglicarum primam olim publici juris fecit Cumberlandius in libello inscripto *The Observer*. In iis autem, quæ ibi præfatus est, Leontium Hermesianacteam cum altera Epicurea infeliciter confudit. Ait enim: *This Hermesiana must have been a contemporary of Epicurus, forasmuch as Leontium was the mistress of that philosopher, as well as of his disciple Metrodorus: it is plain therefore that the learned Gerard John Vos-*

* Magnopere dolendum est, apud nostrates in medio poni certaminum præmia ferme nulla, si forte laicus quis editor Græcis Latinisve literis operam feliciter navarit. Nam quæ ecclesiasticis patent, ea vere sunt munifica, ac tantum non regia. Nil mirum est ergo etiam Porsonum, Virum sane ingenio ac doctrina vix ipsi Bentleio secundum, ἀγέραςτον plane et ἀδωρητον e vita excessisse. Sed nec æquum, neque magna gente satis dignum, candidiori cuivis homini esse videbitur, editorem quenquam classicum, utcunque Porsono inferiorem, tamen ob industriam suam de republica literaria bene meritum, inedia, id quod nuper Barkero τῷ μακαρίτῳ ferme contigit, (et nescio annon reapse contigerit) jam tandem perituro. Si nihil aliud, præter Indicem illum in H. Stephani Thes. Gr. Ling. editionem Londinensem, opus sane Herculei laboris, et ab ipso solo summa cum cura, summaque diligentia, conflatum, post se reliquisset Vir ille infelicissimus, in hostes potius convertenda fuisset calamitas ista, quam in hominem probum, ingenuum, simplicemque, et doctrina haudquaquam vulgari imbutum.

*sus did not advert to this circumstance, when he puts Hermesianax amongst the poets of a doubtful age. Leontium was an Athenian courtesan, no less celebrated for science than beauty; for she engaged in a philosophical controversy with Theophrastus, of which Cicero takes notice [lib. 1. de Nat. Deor.]. Pliny also records an anecdote of her being painted by Theodorus sitting in a studious attitude. Atqui centesimæ nonæ Olympiadis anno tertio natus est Epicurus, teste Apollonio in Chronicis apud Laertium in Vita Epicuri, occisusque a Pausania est Philippus (cujus, itemque Alexandri Magni, temporibus floruit Hermesianax) Olympiadis centesimæ undecimæ anno primo, ut credibile sit puerulum adhuc poetæ ætate viguisse philosophum. Recte igitur, ut videtur, statuit Schweighæuserus ad Athen. XIII. p. 597. A. Epicuri Leontium altera posteriorem esse. De Leontio Epicurea præter Ciceronem et Laertium, consulendus est Athen. XIII. p. 585. D. 588. B. et 593. B. C. itemque Plutarch. Non posse suav. vivi sec. Epic. p. 1097. E. Ne quis autem, stylo deceptus, (nam Bentleianum uno in loco ferme redolet, sive id de industria factum fuerit, seu casu quodam evenerit) hæc e scriniis avitis hausisse autumet magni Bentleii nepotem, inque Laertii loco mendam aliquam latere, vel in temporum ratione ipsum Apollonium peccasse, is sciat ex Menagii *Mulierum Philosopharum Historia* ea omnia prorsus derivata esse, cujus verba sunt hæc: “Leontium, sive hypocoristica forma Leontarium, Atheniensis meretrix; et ipsa Epicuri amica. Epicuri ad eam epistolæ meminit et Laertius in Epicuro. In qua sic eam compellat: *Dii immortales, Leontiola, quanto nos cum clamore, plausuque, epistolam tuam legimus**! Fuit et Metrodori Athe-*

* Græca sunt: Παιάν ἄναξ, φίλον Λεοντάριον, οἴου κροτοθορύβου ἡμᾶς ἐνέπλησεν ἀναγρόντας σοῦ τὸ ἐπιστόλιον. De ἱερῷ ἀνακραυγᾷ Epicureo Παιάν ἄναξ, φίλον Λεοντάριον, vide omnino Casaubonum ad locum. Quicum sane satis apte conferri potest illud Chauceri *The Dreame* &c. fol. 242. ed. 1598. *For I dare swere, without dout, | that as the sommers sonne bright | is fairer, clerer, and hath more light | than any other planet in heven, | the moone, or the sterres seven, | for all the worlde so had she | surmounten hem all of beaute, | of manner, and of com-*

niensis, qui ex illustribus fuit Epicuri discipulis, amica. Auctor Laertius. Hermesianactis Colophonii, Poetæ Elegiaci, amicam quoque fuisse Leontium, docet nos Athenæus libro XIII. qui et in ejus gratiam Elegorum plures libros scripsisse Hermesianactem testificatur; ex quorum tertio sex supra centum versus* profert. Inde ætatem Hermesianactis discere est, quem inter poetas incertæ ætatis recensuit Gerardus Johannes Vossius in libello de Poetis Græcis. Est autem Hermesianax ille, idem qui de patria Colophone egregium Carmen condidit, Pausaniæ memoratum. Leontium cogitantem a Theodoro depictam fuisse, scripsit Plinius libro XXXV. cap. XI. quod ipsum argumento est, Philosophicis eam meditationibus fuisse deditam. Scripsit adversus Theophrastum. Qua de re sic Tullius libro I. De Natura Deorum: *Istisne fidentes somniis non modo Epicurus, et Metrodorus, et Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est? Scito quidem illa sermone, et Attico.*" Hactenus Menagius. De mea ipsius, quæ agmen claudit, versione Anglica nil fere dicendum habeo, nisi me tetrastichis † ideo usum esse, quod metro elegiaco Græcorum unice apta et accommodata esse videbantur. Quod vero in tetrastichorum fine interpunctione minutula identidem sum usus, interdum etiam nulla, ita ut unum in alterum tetrastichum, absque ulla animæ interclusionione, incurreret ‡, id a me de industria

linesse, | of stature, and of well set gladnesse, | of goodlyheed, and so wel besey. | Shortly, (what shal I more sey?) | by god and by his halowes twelve! | it was my swete, right all her selve. In versuum initio Pind. Ol. I. 7. seq. ob oculos habuisse videtur poeta. Versum pænultimum adumbravit Scottius *Marmion* VI. 27. *By heaven, and all its saints, I swear, | I will not see it lost!*

* Immo vv. 98.

† De vi ac potestate hujus metri satis magnifice Drydenus in Præfatione ad *Annum Mirabilem*: *I have chosen to write my poem in quatrains, or stanzas of four, in alternate rhyme, because I have ever judged them more noble, and of greater dignity, both for the sound and number, than any other verse in use amongst us.*

‡ Miror Drydenum in *Anno Mirabili*, quod carmen versus non minus 1216 comprehendit, in fine tetrastichorum ad unum omnium plene punxisse. Quem errorem (si sit error) felicissime evitavit Grayius, aurium sane teretum ac religiosarum poeta

factum esse lubens confiteor, cujus aures in Græcorum modulis hac in parte jam tandem acquiescunt; quibus, quod norunt docti, moris fuit Pentametrorum versuum fines minus arcte similiter devincire. Quod tum in Tyrtæo, Mimnermo, Solone, Antimacho, Hermesianacte, Phanocle, Callimacho, ceterisque versuum elegiacorum scriptoribus Græcis sæpius factum videmus, tum etiam in Catullo ac Propertio, qui Græcam accurate imitando poesin effinxerunt Latinam. Ex qua licentia numeris elegiacis, ut mihi quidem videtur, accedit major vis, majorque virilitas. Namque, etsi plurimum mellis in se habent disticha singula Ovidiana*, tamen, cum in fine alterius versus tantum non ubique gravius pungatur, exinde exoritur *ταυτοφωνία* quædam, quæ auribus (de meis certe loqui licet) non modo non grata est, sed et molesta atque injucunda. Mitto illud, quod *ταυτοφωνίαν* istam magnopere auget vocis disyllabicæ in fine ejusdem versus nimis frequens usus: etsi probe scio eam formam pentametri versus numerosissimam esse. Sed ipsa sibi sua officit dulcedo, perinde ac si in campanarum concentibus recto (quanquam et is sit numerosissimus) pulsationum ordine semper utare. Usque adeo verum est illud incerti philosophi, *Μηδὲν ἄγαν*, Angl. *too much pudding will choke a dog*. Mitto etiam obscuritatem sæpius natam ex sententiæ, spatiis iniquioribus inclusæ, nimis artificiosa compressione. Quod autem in Elegiacis suis observarunt Græci, ut in distichorum fine sæpe numero sive levius pungerent, seu, missa prorsus spirandi intercapedine, id agerent, ut ex uno in alterum disticho audacter incurreretur, idem similiter in Alcaicis, inque ceteris strophicis, vel inprimis observasse videntur, et ex eorum imitatione Hora-

ut cummaxime, subactique, si quis alius, judicii, in notissima illa, quæ in ore omni populo est, Elegia. Evitavit etiam Byronus in Spenserianis, idque non sine optimo effectum, ut vix et ne vix quidem posterorum poetarum nostratium aliquis ad *ταυτοφωνίαν* istam, vel, si mavis, *μονοτονίαν*, quæ ex schola Italica profluxit, unquam relapsurus sit.

* De distichis Ovidianis unice consulendus est Tatius noster, in libello inscripto *Richmond Rules to form the Ovidian distich*, Lond. 1835.

tius, in unicis Sapphicis fortasse taxandus, quod in Adonici versus fine fere semper plenius pungit. Cui quidem immutationi plane par est spreta illa in tribus prioribus versibus dipodia trochaica, etiam a Catullo, ut videtur, pæne exclusa; qua exsulante, funditus perit gratissima illa modulationis varietas, quam suis versibus diserte immiserat metri Sapphici inventrix. Quod vero versus Sapphicos Horatianos maxime omnium debilitat infirmatque, est cæsura post quintam syllabam nimis exacte, pæne dixeram et serviliter, servata: quo facto, rhythmus antiqui tenor plane invertitur, (namque exceptio fit regula) inque metrum ruit tanta *ταυτοφωνίας* tempestas, quantum in nullo alio facile reperias. Sed hæc paulo audacius fortasse sunt dicta.

Denique Appendicem subjeci, in qua inclusa sunt Archilochi Pratinæque Fragmenta duo, et ipsa ex recensione Dindorfiana, Notisque, et Glossariis, et Versionibus tum Latinis, tum etiam Anglicis, perinde atque Hermesianactæum, instructa. Quod ideo a me factum est, ut in hoc Opusculo omnia illa comparerent *ἀποσπασμάτια*, quæ a Cumberlandio Anglicis versibus reddita sunt, exceptis tantum Comitorum Græcorum Fragmentis, quæ separatim potius edi debere videbantur, hodieque curis nostris sub prelo sudant, et perpaucorum mensium intervallo, Deo favente, lucem videbunt. De quo libello illud dumtaxat in præsens sufficiat monere, me in eo concinnando, inter alia subsidia, etiam novis quibusdam Versionibus poeticis Anglicis usum esse, quibus me pro benevolentia sua haud dedignatus est donare Vir tum eleganti, tum etiam accurata doctrina spectabilis, Franciscus Wrangham A.M. Archidiaconus Cestrensis.

Restat ut gratias agam Viro doctissimo Gulielmo Gilson Humphry A.B. Collegii Trinitatis apud Cantabrigienses Socio, qui schedas hasce nostras humanissime inspexit, et nonnulla acute admonuit, quæ me mea in melius, uti spero, mutare, interdum etiam et abolere, protinus coegerunt. Et plura fortasse admonuisset, ni, dum ruri aliquantisper commorabatur, libro-

rum inopia necessario laborasset. Nec vero obliviscendus est, disciplinæ nostræ alumnus, Carolus Clayton A.M. Collegii Caio-Gonvillensis Socius, qui menda aliquot typographica e schedis duobus prioribus sustulit, quique, ni aliis ac gravioribus districtus esset negotiis, similem medicinam etiam ceteris (sat scio) libenter adhibuisset.

Peckhamiæ, prope Londinum, d. 14 Oct. 1839.

M O N I T U M.

HODIE video me *Addend. p. 134. in Antimachi emendationem Gaisfordianam imprudentem incidisse, id quod jam tandem didici ex Addend. Burges. p. 155. Nempe in Suida suo (uti me monuit Burgesius) eandem medicinam loco corrupto adhibuit Græcarum Literarum apud Oxonienses Professor Regius. Vide in Ὀργεῶνες, ubi omnia ex Photio desumpta sunt, etiam corrupta ista ἐν τῇ Λυδῇ γενεᾷ, καβάρνου θῆκεν ἀβακλέας ὀργεῶνας, prout exstant in editione Mediolanensi. Unde autem, et quibus rationibus, in hanc emendationem inciderim, nullo modo clarius apparebit, quam ex ipsius Friedmanni verbis exscriptis: "Schellenberg. (ad Antimach. Reliqq. 83.) metrum non curans, edidit e Valesii conjectura, quam neque Ruhnck. spernebat, uno versu, Γένναν Καβάρνου θῆκεν ἀγακλέας ὀργεῶνας. Suspicitur tamen in v. Γενεᾷ libri Antimachei numerum latere. A qua suspitione equidem tantum absum, ut pene assensuros mihi esse putem lectores corrigenti: "Ἐνθα Καβάρνου θῆκεν ἀγακλέας ὀργεῶνας. Factæ immutationis rationes apparent e vocum GENEAE et*

ENΘA similitudine. Γ natum videtur ex ι ascripto, (Hermann. ad Aristot. Poet. 119.) vel e ductu calligr. (Jacobs. Actt. Monac. 1, 158.) et Ε cum Θ permutatum exquisitissimis exemplis illustrant Valck. Ep. ad Röv. p. xlvi. Bast. Comment. Palæogr. 714. Formam ὀργειῶνας defendet Homeri κκειῶ, Il. Λ. 623. 640." Hæc ille. Scilicet in voce γενεᾷ libri Antimachei numerum latere suspicatus est Schellenbergius, ita tamen ut numerus, quisquis is fuerit, plene scriberetur. Friedmannus, postquam ἐνθα in γενεᾷ latere perspecte viderat, rationibusque etiam palæographicis feliciter defenderat, in γ litera hæsit, quam sive ex ι adscripto in Λυδηῖ antecedente, seu ex ductu calligraphico ortam esse putavit. Equidem in γ litera libri Antimachei numerum, compendio notatum, delitescere suspicatus sum. Hinc omne principium; huc refer exitum. At vero hodie (collatis Burgesianis) articulum abesse debere nullus dubito, locumque suspicor ita omnino restituendum esse: ἐν γ' Λύδης· Ἐνθα Καβάρνου κ. τ. λ. Sic Steph. Byz. in Δώτιον: καὶ Ἀντίμαχος ἐν β' Λύδης· Φεύγοντας γαίης κ. τ. λ. Nimirum τὸ γ, sic scriptum, pro τ, h. e. τῆ, sumsisse videtur festinus librarius, et γ in γενεᾷ ex s finali in Λύδης corruptum fuisse. De Γ et Τ permutatis vide Oudendorp. ad T. Magist. p. 897. Heindorf. ad Plat. Phædr. p. 283. De Γ et C confusis vide Markland. ad Iphh. p. 143. 288. Simili errore Scholia Veneta Homérica ad Il. Δ. 334. ad hunc modum corruptit Villoisonus: Πύργος, τάξις. συνέστηκε δὲ πύργος ἐκ τῶν ἐξήκοντα ἀνδρῶν. Lege, cum Bastio Comment. Palæogr. p. 850. et Append. ad Epist. Crit. p. 55. ἐκ τ' ἐξήκοντα ἀνδρῶν, prout in codice scriptum est. Quin et in ipso textu voci πύργος superscripta est glossa τξ (360) ἄνδρες, notante Bastio. Eustath. ad Il. l. c. 250. p. 357. 19. Bas. πύργος δὲ, ἐκ τριακοσίων καὶ ἐξήκοντα τάξις αὕτη τετραγωνοειδῶς πυκνουμένη. Mox addit: πύργος δὲ, ὡς καὶ πρὸ μικροῦ ἐρρέθη, τάξις στρατιωτικὴ καθὰ καὶ τὸ πλινθίον. πεπύκνωτο δὲ τετραγωνοειδῶς κατὰ σχῆμα πύργου. Quanquam erunt forsitan, quibus, in loco Antimachi, vel facilius erui posse videatur ἐν τῷ γ' Λύδης· Ἐνθα κ. τ. λ. ut ἐν τῷ α (sic) τῶν Νόμων scriptum in MS. A. Athen. X. p. 432. A. Tutius esset ἐν τῇ γ' Λ. Sic Etymol. Mag. in Βασιλεύτωρ: Ἀντίμαχος ἐν πρώτῃ Θηβαΐδος. Bastius:

“*In libris citandis compendium ἐν γ̄ aut ἐν γ̄^τ expleri potest tam sic, ἐν τῇ τρίτῃ (subaud. βίβλῳ), quam sic, ἐν τῷ τρίτῳ (subaud. βιβλίῳ).” His autem corruptelis alteram germanam exhibet Athenæi locus XV. p. 699. D. prout exstat in edd. Ald. et Casaubon. Νεάνθην ἕνα τῶν περὶ Ἄτταλον ἱστορικῶν. Vertit Dalecampius: Neanthem historiographum qui Attali seculo vixit. Quem secutus Villebrunius sic vertit: Neanthe un de historiens du temps d’Attalus. Sed optime Valckenærius ad Schol. Eurip. Phæn. 1123. scribendum vidit: ἐν ἄ τῶν περὶ Ἄτταλον ἱστοριῶν. in libro primo de rebus Attali historiarum. Et sic omnino scriptum in MS. B. apud Dindorfium, qui, pro ἐν ἄ, contra librorum ac codicum fidem, ἐν πρώτῃ plene edidit. Vide Porsoni Advers. p. 148. Sequentia indicavit Bastius. (I.) Etymol. Mag. in Λόγχας: Ἴων ἐν Κίου κτήσει, ἐκ τῆς Τέω λόγχης λόγχας ποιεῖν. ubi, pro ποιεῖν, ποιεῖ ν̄, i. e. πεντήκοντα, recte legit Bastius, collato Orione Thebano in Λόγχη, et ἐν Χίου κτίσει. Ἐκ κ. τ. λ. repouendendum, cum Bentleio Epist. ad Mill. p. 56. Athenæus (citante Bentleio) X. p. 426. E. περὶ δὲ ταύτης τῆς κράσεως Ἴων ὁ ποιητῆς ἐν τῷ περὶ Χίου φησὶν, κ. τ. λ. Sic ἡ Χίων χώρα in Scylacis Periplo p. 36. correxit Vossius, ubi vulgo legitur ἡ Κίων χ. Pessime autem ἐκ τῆς τέως λόγχης, quasi veritas e priori portione, dedit Bastius. Meliora eum docere potuisset Bentleius Epist. ad Mill. l. c. qui de Ione notat: “Videlicet ipse fuit Chius natione, et insula Teos Chio propinqua est, non Cio.” In Orione omnino scriptum est: ἐκ τῆς Τέω λόγχης λόγχας ποιεῖν πεντήκοντα. ubi delendum videtur istud πεντήκοντα, numerali primitus ex explanatione superscriptum. (II.) Apollonius Dyscolus Περὶ Ἀντωνυμίας p. 135. Bekker. καὶ παρ’ Αἰολεῦσιν. Ἄλκαῖος ἐν πρώτῳ. Τὸ δ’ ἔργον ἀγήσατο τεὰ κόρα. ubi, pro ἐν πρώτῳ, olim corrupte legebatur ενα, quod in ἐν, vel ἐὸν, temere mutatum voluit Sturzius, sed recte in ἐν ᾧ mutavit Bastius ad Gregor. p. 616. qui tamen non vidit ἀγήσαιτο corrigendum fuisse in versu Alcaico, cujus sententiam optime illustrabit Virgilianum illud, Dux femina facti. Constructio est: τεὰ δὲ κόρα ἀγήσαιτό [σοι εἰς] τὸ ἔργον.*

CORRIGENDA.

- ◆—
- Pag. 4. l. 17. Apud Athen. XIII. p. 597. B.—599. B.
- 5. n. 3. l. 10. τόν τε
- 8. — 13. — 4. ἔχειν θ'
- 12. l. 14. φορβειάς.
- 14. n. 30. l. 3. ἐν
- 15. — 33. ll. 2, 5. δοῦρην
- — — — l. 6. fortasse
- 16. l. 9. ὦν ἠράσθη
- 17. — 6. cecinerit
- — — 12. infra vv. 85, 89.
- 18. — 8. dele: Cf. Horat. Od. III. 6. 23.
- 20. n. 48. l. 1. λόγων conjicit Schweigh.
- 27. l. 15. a fine: Καί
- 30. ad v. 19. l. 9. Τριπτόλεμον ἐδίδαξε
- 35. l. 12. περιφραστικῶς dixere,
- — — 13. γνωτὸς
- — — 14. scribe omnino: ab Homero, Pindaro, Æschylo, (ni fallor) Sophocle,
usurpata, una cum
- 36. — 12. a fine scribe omnino: unice amat, excepto tantum Hel. 41. ubi tamen
γνωστόν τε corrigendum esse vix dubito. In choricis
- 37. — 7. a fine: ἠμίκανστος
- 38. ad v. 21. l. 7. Φημί
- 45. l. 18. Cum vero in
- 49. — 27. Bion ibid.
- 66. — 21. πολλῶν
- 73. ad v. 78. πᾶσαν
- 95. v. 38. Cumean
- — — 40. dele incisum.
- 99. Archilochi v. 1. μέθυ, et mox scribe: Apud Athen. I. p. 8. A. B.
- — l. ult. Ἐσθίων θ'
- 101. — 19. παρὰ τὸ
- 104. — 22. scribe: Apud Athen. XIV. p. 617. C.—F.
- 107. — 4. suffragatur
- 127. — 5. scribe: P. 4. l. 3. a fine:
- 128. — 14. a fine scribe: Hermanni Δημήτρα,
- 131. — 24. scribe: Cic. Læl. 2. Athenis unum accepimus, et eum quidem etiam Apol-
linis oraculo sapientissimum judicatum. Poetam
- 135. — 5. corrige: P. 36. l. 17.

OPERIS CONSPECTUS.



Hermesianax	Pag.	1— 4
Notæ in Hermesianactem		4— 23
Glossarium in Hermesianactem		23— 69
Georgii Burgesii Epistola Critica		69— 74
Epistolæ Criticæ Postscriptum		74— 81
De Hermesianacte ejusque Elegia.		82— 83
An Extract from Porson's Review of Weston's Hermesianax		84— 86
Versiones Latinæ		86— 91
Versiones Anglicæ		91— 99
Appendix		99—126
Addenda		126—149
Addenda Burgesiana		149—156
Indices		157—176

HERMESIANA X'.

Οἴην² μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο
Ἄγριόπην Θρηῆσαν στειλάμενος κιθάρην
Ἄιδόθεν. ἔπλευσεν δὲ κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον³,
ἐνθα Χάρων κοινήν⁴ ἔλκεται εἰς ἄκατον
ψυχὰς οἰχομένων, λίμνης δ' ἐπὶ μακρὸν αὐτεῖ 5
ρέυμα διέκ μεγάλων ῥυομένης δονάκων.⁵
ἀλλ' ἔτλη παρὰ κῦμα μονόζωστος κιθαρίζων
Ἄρφευς, παντοίους⁶ δ' ἐξανέπεισε⁷ θεούς·
Κωκυτὸν τ' ἀθέμιστον ἐπ' ὄφρυσι μειδήσαντα
ἠδὲ καὶ αἰνοτάτου βλέμμ' ὑπέμεινε κυνὸς⁸, 10
ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθωμένου, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα ἐν πυρὶ μὲν πυρὶ
σκληρὸν τριστοιχοῖς δεῖμα φέρων κεφαλαῖς.
ἐνθεν ἀοιδιάων μεγάλους ἀνέπεισεν ἀνακτας
Ἄγριόπην μαλακοῦ πνεῦμα λαβεῖν βιότου.
οὐ μὴν οὐδ' υἱὸς Μήνης ἀγέραςτον ἔθηκε 15
Μουσαῖος, Χαρίτων ἠρανος⁹, Ἀντιόπην·
ἧ τε πολυμνήστησιν¹⁰ Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
εὐασμὸν κρυφίων ἐξεφόρει λογίων,
Ῥάριον¹¹ ὄργειὸν ἀνέμω διαποιπνύουσα
Δήμητρα· γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν Ἀΐδη. 20
φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μέλαθρα¹²
Ἄσιόδον, πάσης ἠρανον ἱστορίας,

Ἀσκραίων¹³ ἐσικέσθαι ἔχουθ' Ἑλικωνίδα κώμην·
 ἔνθεν ὃ γ' Ἡοίην μνώμενος Ἀσκραϊκὴν 24

πείσασσ' ὦψ. πόλλ' ἔπαθεν¹⁴, πάσας δὲ λόγων ἀνεγράψατο βίβλους
 ὕμνων ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχόμενος.

αὐτὸς δ' οὗτος ἀοιδὸς, ὃν ἐκ Διὸς αἴσα φυλάσσει
 ἡδιστον¹⁵ πάντων δαίμονα μουσοπόλον¹⁶,

λεπτὴν εἰς Ἰθάκην ἀνετείνετο θεῖος Ὅμηρος
 ὄδησιν πινυτῆς εἵνεκα Πηνελόπης· 30

ἦν διὰ πολλὰ παθῶν¹⁷ ὀλίγην ἐσενάσσατο νῆσον
 πολλὸν ἀπ' εὐρείης λειπόμενος πατρίδος·

ἔκλαιεν δ' Ἰκάρου¹⁸ τε γένος καὶ δῆμον Ἀμύκλου
 καὶ Σπάρτην, ιδίων ἀπτόμενος παθέων. 34

Μίμνερμος δὲ τὸν ἠδὺν ὃς εὔρετο πολλὸν ἀνατλάς¹⁹
 ἦχον καὶ μαλακοῦ²⁰ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου²¹,

καίετο μὲν Ναννοῦς²²· πολιῶ δ' ἐπὶ πολλάκι λωτῶ
κνημωθεῖς κώμους σίχῃ συνεξαμύη²³.

ἦχθεε²⁴ δ' Ἐρμόβιον τὸν αἰεὶ βαρὺν ἠδὲ Φερέκλην
 ἐχθρὸν μισήσας τοιὰδ' ἐπεμψεν ἔπη²⁵. 40

Λυδῆς²⁶ δ' Ἀντίμαχος Λυσηίδος ἐκ μὲν ἔρωτος
 πληγεῖς Πακτωλοῦ ρεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ·

δαρδάνη²⁷ δὲ θανούσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν
 κλαίων, αἰάζων δ' ²⁸ ἦλθεν ἀποπρολιπὼν 44

ἄκραν²⁹ ἐς Κολοφῶνα· γῶων δ' ἐνεπλήσατο βίβλους
 ἱρὰς³⁰, ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου.

(δείξ-) Λέσβιος Ἀλκαῖος δὲ πόσους ἀνεδέξατο³¹ κώμους,
 Σαπφούς φορμίζων ἱμερόεντα πόθον,

γιγνώσκεις. ὁ δ' ἀοιδὸς ἀηδόνος ἠράσαθ', ὕμνων
 Τῆιον ἀλγύνων ἄνδρα πολυφραδίη. 50

-εν Ἀνακρέοντι καὶ γὰρ τὴν ὁ μελιχρὸς ἐφωμίλησ' Ἀνακρείων³²
 ?
 στελλομένην πολλαῖς ἄμμυγα Λεσβιάσι

φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν λείπων Σάμον, ἄλλοτε δ' αὐτὴν^{δ.}
 οἰνηρὴν δοῦριν³³ κεκλιμένην πατρίδα,
 Λέσβον ἐς εὖοιον· τὸ δὲ δὴ ρίον εἶσιδε Λέκτον
 πολλάκις Αἰολικοῦ κύματος ἀντιπέρας. 56

Ἄτθις δ' οἶα μέλισσα³⁴ πολυπρήωνα κολώνην³⁵
 λείπουσ' ἐν τραγικαῖς ἤδε χοροστασίαις
 Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ' ἀγειραιθειαριδος
 * * * Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ³⁶. 60

φημὶ δὲ κακείνον τὸν αἰεὶ πεφυλαγμένον ἄνδρα ^{πφυλαγ} ^{φυλακῶν}
^{even the} ^{εσσιαν-αυτῶν} καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ἐκ συνοχῶν³⁷ ^{συνδοί}
πάσας ἀμφὶ γυναῖκας, ὑπὸ σκολιοῦ τυπέντα ^{σκολ.} ^{Reh' & Co}
 τόξου, νυκτερινὰς οὐκ ἀποθέσθ' ὀδύνας. ^{Suid. ? Demost. ?}

ἀλλὰ Μακεδονίης πάσας κατενίστατο³⁸ λαύρας, 65
Αἰγείων³⁹ μέθεπεν δ' Ἀρχέλεω ταμίην,
 εἰσόκε δαίμων⁴⁰ Εὐριπίδῃ εὔρετ' ὄλεθρον,
 ἀμφὶ βίου στυγνῶν ἀντιάσαντι κυνῶν⁴¹.

ἄνδρα δὲ τὸν Κυθήρηθεν ἀνετρέψαντο⁴² τιθῆναι, ^{ισόσκι}
 Βάκχου καὶ λωτοῦ πιστότατον ταμίην, 70

Μούσαι παιδευθέντα Φιλόξενον, οἶα τιναχθεῖς ^{Μούσαισ}
 ὠρυγῇ ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως,
 γινώσκεις, αἴουσα⁴³ μέγαν πόθον, ὃν Γαλατείας
 αὐτοῖς μηλείοις θήκαθ' ὑπὸ προγόνοις.

οἶσθα δὲ καὶ τὸν αἰοδόν, ὃν Εὐρυπύλου πολιῆται
Κῶοι χάλκειον θῆκαν⁴⁴ ὑπὸ πλατάνῳ 76

Βιττίδα⁴⁵ μολπάζοντα θοῆν, περὶ πάντα Φιλητᾶν ^{Φιλητᾶν}
 ῥήματα καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλίην. ^{the Philotata}

οὐδὲ μὲν οὐδ'⁴⁶ ὅποσοι σκληρὸν βίον ἐστήσαντο⁴⁷
 ἀνθρώπων, σκολιὴν μαιόμενοι σοφίην, 80

οὐς αὐτῇ⁴⁸ περὶ πικρὰ λόγοις ἐσφίγξατο μῆτις
 καὶ δεινὴ μύθων κῦδος⁴⁹ ἔχουσ' ἀρετῇ, ^{μῆτις}

recte οὐδ' οἶδ' αἰνὸν⁵⁰ ἔρωτος ἀπεστρέψαντο κυδοιμὸν οὐδ' οἶδ' αἰνὸν
 φαινόμενον⁵¹, δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἠνίοχον.
 οἷη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανοῦς 85
 Πυθαγόρην, ἐλίκων κομψὰ⁵² γεωμετρίας
 εὐρόμενον, καὶ κυκλὸν, ὅσον περιβάλλεται αἰθῆρ,
 βαιῆ ἐνὶ σφαίρῃ πάντ' ἀποτασσόμενον⁵³.
 οἶω δ' ἐχλίηνεν ὄν ἔξοχον ἔχρη Ἀπόλλων
 ἀνθρώπων εἶναι Σωκράτη ἐν σοφίῃ 90
 Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει. ἐκ δὲ βαθείης⁵⁴
 ψυχῆς κουφοτέρας⁵⁵ ἐξεπόνησ' ἀνίας,
 οἰκί' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος· οὐδέ τι τέκμαρ
 εὔρε⁵⁶, λόγων⁵⁷ πολλὰς εὐρόμενος⁵⁸ διόδους. 94
 ἄνδρα Κυρηναῖον δ' εἶσω πόθος ἔσπασεν Ἴσθμου
 δεινὸν⁵⁹, ὃ τ'⁶⁰ Ἀπιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο
 ὄξυς Ἀρίστιππος, πάσας δ' ἠνήνατο λέσχας
 φεύγων, οὐδαμένον⁶¹ ἐξεφόρησε βίω⁶².

Apud ATHEN. XIII. p. 597. B.

NOTÆ IN HERMESIANACTEM.

¹ “Hermesianactis carmen emendare et explicare conati sunt Ruhnkenius in Appendice ad epistolam criticam alteram, et Westonus in libro quem Hermesianactis nomine inscriptum edidit.” DINDORF. Emendare etiam conatus est, et cum notis criticis et historicis, novaque versione metrica Latina, edidit Anonymus quidam Lond. apud Ricardum Priestley, 1825. Idem fecerunt, carmenque Latinis versibus expresserunt, F. A. Riglerus et C. A. M. Axtius Colon. 1828. Est et editio Nicolai Bachii Halis Sax. 1829. qui hoc Fragmentum, una cum Philetæ Coi atque Phanoclis reliquiis, emendavit et illustravit, addita etiam Rigleri et Axtii versione, multis locis immutata, itemque annotationibus quibusdam, in libelli fine, ex Hermanni Programmæ (Lips. 1828.) desumptis. Carmen Hermesianacteum corruptissimum pronunciat Porsonus *Tracts* p. 39. de eo sic loquens: *a fragment of Hermesianax, which has come*

down to us in so wretched a state, that, after the labours of the best critics, Casaubon, Heringa, Ruhnkenius, etc. it still abounds with corruptions. Ætatem autem Hermesianactis in Philippi et Alexandri tempus incidisse, ex Pausan. Attic. c. 9. et Scholiasta ad Nicandri Theriac. 3. probavit Ruhnkenius. Vide n. 52.

² Ante Οἴην supplendum γιγνώσκεις vel οἶσθα. Vide infra vv. 49. 73. 75. itemque n. 43. Mox confer Senecæ Herc. Cæt. 1033. *Tangens Threiciam chelyn | Orpheus.*

³ “ἀπειθέα χῶρον. Quod quidem eleganter dictum esse observat Heinrichius, allato Propertio V [IV], 11, 2. *Panditur ad nullas janua nigra preces. Cum semel infernas intrarunt funera leges, Non exorato stant adamante viæ.*—Hermannus mavult ἀπειθέα χῶρον, sive is ignobilis intelligendus, sive ex quo nulla venit fama.” BACH. Cum Hermannii emendatione conferendum est Shakspearianum illud: *The undiscover'd country, from whose bourn | no traveller returns.* quod expressum fortasse ex Christophoro Marlowe, *Edward II.* in fin. *Farewell, fair queen; weep not for Mortimer, | that scorns the world, and, as a traveller, | goes to discover countries yet unknown.* Eurip. Herc. F. 426. τὸν πολυδάκρυον | ἔπλευσ' ἐς "Αἶδαν, πόνων τελευτὰν, | ἴν' ἐκπεραίνει τάλας | βίοντον, οὐδ' ἔβα πάλιν. | στέγαι δ' ἔρημοι φίλων, | τὰν δ' ἀνόστιμον τέκνων | Χάρωνος ἐπιμένει πλάτα | βίου κέλευθον ἄθεον, ἄδικον. Antipater Brunck. Anal. II. p. 37. ἐς γὰρ ἀκαμπτον, | ἐς τὸν ἀνόστητον χῶρον ἔβης ἐνέρων. Quæ loca editorum Shakspearianorum diligentiam fugerunt. Vulgatum autem verum esse ostendit etiam Phanoclis Fragmentum apud Stob. T. 64. 14. ubi de eodem Orpheo agitur: ἐν δὲ χέλυν τύμβῳ λιγυρὴν θέσαν, ἢ καὶ ἀναύδους | πέτρας, καὶ Φόρκου στυγνὸν ἔπειθεν ὕδωρ. ἀηδέα χ. conjicit Osann. Auctar. Lex. Græc. p. 174. memor forte Virgiliani *illatibilis ora*, Æn. III. 707.

⁴ Libri ἀκοήν, unde ἄκρην conjecit Valckenærius Diatr. p. 280. κοινήν Lennepius, ut apud Propert. III. 16. 24. *publica cymba senis.* Casaubonus αἰνήν proposuerat, vel πικρὰν, vel λυγρὰν, vel simile epitheton. Westonus conjecit ἀχόρην, sine choris, *illatibilem*, Angl. *cheerless*, colato Soph. Cæd. Col. 1223. Saltem ἄχορον debebat. Schweighæuserus ἀκορῆν, quod idem atque ἀκόρεστον valeat, *insatiabilem*, proposuit. Blomfieldius in Diario Classico, Fasc. VII. p. 238. ὠχρὴν conjecit. Hermannus ἀόκνην mavult, quod eadem medela eget, qua Westoni conjectura, et præterea scansioni ægre satisfacit: nam de pænultimæ syllabæ quantitate merito dubitari potest, cum nihil tale apud Hermesianactem reperitur, tum stili, tum etiam metri, epici maxime studiosum. Gu. Ern. Weberus proposuit conjecturam ἀκαλήν. Hesych. "Ακαλα. (sic) ἄψοφα, ἡσυχα, et 'Ακαλὸν, ἡσυχον, πρῶον, μαλθακόν. Equidem κοίλην prætulerim cum Toupio ad Theocr. p. 399. et Ilgenio, *capacem*, juxta Horatia-

num illud: *Omne capax movet urna nomen.* Vide Damm. Lex. Hom. in κοῖλος. Nec ab hac emendatione abhorret locutio Æschylea πάνδοκος θεωρῖς Sept. c. Theb. 858. *cymba omnes recipiens, ideoque capax.*

⁵ Correxerit Ruhnkenius, vertente Schweighæusero: *et paludis late resonat unda, ex vastis profluens [profluentis J. B.] arundinetis.* Vulgo λίμνη, et ῥνομένη, locum sic interpretante Ilgenio: *et alte murmurat lacus infernalis, longa ex arundine undas trahens.* Vulgatam lectionem etiam Bachius probat. Equidem, retentis Ruhnkenianis, ἀντεῖ de Charonte ipso *vociferante* intellexerim, non de lacu *resonante*, vel, si mavis, *murmurante.* Verterim: *et super paludem alta voce clamat ex vastis arundinetis undas trahentem.* Sic Hom. II. Υ. 50. de Minerva: ἄλλοτ' ἐπ' ἀκτάων ἐριδούπων μακρὸν ἀντεῖ. Charontis vociferationem satis bene illustrabunt Eurip. Alc. 253. seq. Aristoph. Ran. 180. seq. et Lys. 606. Machonis Fragm. apud Athen. VIII. p. 341. E. et Lucianus in Mortuorum Dialogis. Quanquam alteram interpretandi rationem tueri videtur Callim. Hymn. in Dian. 58. μεγάλην δὲ βοήην ἐπὶ Κυρὸς ἀντεῖ. Adde Hom. II. Σ. 576. πὰρ ποταμὸν κελάδοντα, παρὰ ῥαδαλὸν δονακῆα. In ῥνομένης inest notio *liberandi*, sive *extricandi*, eandemque constructionem habet Pind. Pyth. XII. 31, 32. "Si quid suspectum in hoc loco, est id ῥνομένη, inusitata, sed propria tamen significatione positum, ut non videatur mutandum esse. Si tamen, *συρομένη* præstaret aliis conjecturis." HERMANN. Cum Hermanno aliquatenus facere videtur Dionys. Perieg. 296. τῆς διὰ μεσσατίης κατασύρεται ὕδατα Ῥήνου | ὑστάτιον ποτὶ χεῦμα βορειάδος Ἀμφιτρίτης. Cf. et vv. 16. 46. 137. 433. 475. Si quid mutandum, malim διὲκ μ. χενομένης δ. Similiter confusa sunt προρέειν et προχέειν, notante Heynio ad Hom. II. Φ. 366. Vide infra n. 45. Ceterum χεῦμα, pro ῥεῦμα, mavult Ruhnkenius; sine causa, opinor. Dixit Hermesianax ῥεῦμα ποταμοῦ infra v. 42. ῥεύματα τῶν ποταμῶν Herod. II. 24.

⁶ Ruhnkenius aliquando πομπαίους: Valckenærius ἀνταίους: Blomfieldius in Diarii Classici l. c. ἐγγαίους proposuit. Sed nihil opus est mutatione. Hom. Od. P. 485. καὶ τε θεοὶ ξείνοισι **Fe**Φοικότες ἄλλοδαποῖσι, | παντοῖοι τελέθοντες, κ. τ. λ. Virg. Æn. VIII. 698. *Omnigenumque Deum monstra.*

⁷ "Hermannus pro verbo ἐξανέπεισε, quod non solum propter aoristum pro imperfecto positum, sed magis etiam propter totius loci rationem vitiosum esse versus 13 doceat, reponendum censet ἐξανέλισσε, quo poeta significet Orpheum securum inter inferni horrores omnium celebrasse laudes deorum." BACH. Unice verum est ἐξανέπεισε. Sensus est: *flexit, ut ex inferis Agriopa evaderet.* Cf. vv. 13, 14.

⁸ "Hermannus proposuit: Κώκυτον τ' ἀνέθιστον ἐπ' ὄφρυσιν οἰδήσαντα | εἶδε, καὶ αἰνοτάτου β. ὑ. κ." BACH. Elegans, si non certa,

est conjectura Hermannii ἀνέθιστον, insolitum, proponentis. In ceteris Viro celeberrimo non queo acquiescere; vix hodie ipse sibi, credo, acquiescet. “Vulgatum ἐπ’ ὄφρύσι in ὑπ’ ὄφρύσι mutavi. Apoll. Rhod. III. 1023. Ἰμερόεν φαιδρήσιν ὑπ’ ὄφρύσι μειδιῶντες.” RYHNKEN. Recte, *Amich 221*
opinor, Ruhnkenius: ὑπ’ ὄφρύσι μειδ. *Hom O 102* *superciliis subridentem.* Ad sententiam Hymn. Homer. in Cerer. 357. μείδησεν δὲ Φάναξ ἐνέρων Ἀφιδωνεὺς | ὄφρύσιν. Horat. Od. III. 11. 21. *Quin et Ixion Tityosque vultu | risit invito.* Mox vide annon τεθωμένον scribendum, ut βλέμμα κυνὸς sit pro κύνα, perinde atque τὸ Δῖον ὄμμα dictum pro Ζεὺς Æsch. Prom. V. 675. Vide Matthiæ Gr. Gr. 430. 6. Quam lectionem præ oculis fortasse habuit Hesychius: τεθωμένον, ὄξυμμένον, (ὠξ. Albert.) καὶ ἐθώσα, (Hom. Od. I. 327.) ὠξίνα.

⁹ Cf. infra v. 22.

¹⁰ Dativum πολυμνήστησιν ad sequens ἐξεφόρει εἰασμὸν refert Igenius, ut sit: *in honorem dearum venerandarum*, h. e. Cereris et Proserpinæ. Quæ interpretatio qua ratione ex Græca voce elicienda sit, equidem non video. πολυμνήτῳ Vossius ad Hymn. Homer. in Cerer. p. 130. Blomfieldius in Diarii Classici I. c. legendum proposuit ἦτε πολλὴν μύστησιν Ἐλευσίνος, κ. τ. λ. “πολλὴν μύστησιν,” inquit, “pro πολυμνήστησιν tam certum est, quam quod certissimum.” Equidem conjeceram legendum simpliciter: ἦτε πολυμνήστη ποτ’ vel πολυμνήστειος. Cf. Hom. Od. Δ. 770. Ξ. 64. Ψ. 149. Blomfield. Glossar. in Æsch. Agam. 1434.

¹¹ Ἐπαριὰδ’ ὄργειων Vossius. Steph. Byz. Ἐπαριὸν πεδίον, ἐν Ἐλευσίνι καὶ Ἐπαρία γῆ καὶ Ἐπαρία ἡ Δημήτηρ. “Ante omnia scribendum est Ἐπαριὸν, spiritu leni, docente Hermannio ad Hymn. Cerer. 451. ex Scholiis ad Homeri Iliad. A. 56.” ΒΑΧΗ. Locus, cui alludit Bachius, hic est: πάσης γὰρ λέξεως τὸ ῥ ἀρχόμενον δασύνεται, πλὴν τοῦ ῥάρος. Quod Grammaticorum somnium e porta eburnea emissum videtur esse. Mox ὄργειων Schweigh. (ὄργίων Ald.) Sic Hymn. Homer. in Apoll. 389. οὔστινας ἀνθρώπους ὄργιονας εἰσαγάγοιτο. Idem Vir doctissimus ἀνεμῶλια ποιπνύουσα edidit, ex præclara Lennepii emendatione. Hermannus: Ἐπαριὸν ὄργειῶν νόμφ διαποιπνύουσα | Δημήτηρ. Blomfieldius: Ἐπαριὸν ὄργειῶνα νόμφ διαποιπνύουσα | Δημήτρος. Fortasse legendum: Ἐπαριάδ’ (h. e. Ἐπαριάδι) vel Ἐπαρίφ ὄργειων ἀνεμῶλια ποιπνύουσα | Δημήτρι. *Rharia sacerdos incassum ministrans Cereri.* ποιπνύω, sæpius sine casu positum, cum accusativo personæ, cui ministratur, vix construitur; semel cum dativo constructum videtur II. Ω. 473, 5. Fabula est ex obscurioribus. Voluit Hermesianax, ni fallor, Antiopam, Cereris sacerdotem formosissimam, eandemque a Musæo adamatam, immaturam mortem obiisse, a qua eam ne pietas quidem sua, officiumque Cereri sedulo præstitum, servare potuerunt: porro, quam, dum in vivis erat, concele-

bravit Musæus, eam carminibus prosecutum esse, etiam postquam in Orcum descenderat. Cf. Hom. Od. O. 244. seq. Eurip. Orest. 943. seq. Virg. Æn. II. 429. Fuit autem Antiopa Melissarum, quas vocabant, una, de quibus consulendi sunt Schol. ad Pind. Pyth. IV. 104. Lactant. I. 22. Blomfield. ad Callim. Hymn. in Apoll. 109. Hesychius: *Μέλισσαι. αἱ τῆς Δήμητρος μύστιδες.*

¹² *μέλαθρον* edd. Bas. et Casaub. et MS. Palatinus, et sic Ruhnken. Hermann. Bach. “Hermanno, quum *μέλαθρον* vix aliter quam de sede Cumana intelligi possit, parum apte Bœotus dici videtur Hesiodus. Itaque commendat Rigleri et Axtii conjecturam *Κυμαῖον ἀποπρολιπόντα μέλαθρον*. Sed quæritur, an Hesiodus non eodem jure vocari possit *Βοιωτὸς*, quo Mimnermus, Colophone natus, etiam Smyrnæus, Tyrtaeus, natu Atheniensis, etiam Milesius, atque alii aliter denominati sunt a sedibus postea electis.” BACH. Vide omnino Hesiod. Op. et D. 633. (253.) seq. unde patet *ἀποπρολιπόντα μέλαθρα* Anglice simpliciter verendum esse: *having quitted his home*. *Βοιωτὸς* plane dictus Hesiodus a sede postea electa.

¹³ *Ἀσκραίην* (pro *Ἀσκρην*) Ilgenius, absque ulla necessitate. Constructio est: *Ἡσίοδον ἰκέσθαι ἐς κώμην Ἐλικωνίδα Ἀσκραίων*. Steph. Byz. *Ἀσκρη, πόλις Βοιωτίας, Ἰωνικῶς σχηματισθεῖσα, ὡς Κόρη, Τερψιχόρη. Τὸ ἔθνικόν, Ἀσκραῖος, Ἡσίοδος*. Mox *ἔχεινθ* Lennepius: *ἐκόνθ* Heinrichus, præeuntibus Dalecampio et Pursano; quod prætulerim. *ἐρῶνθ* Riglerus, probante Bachio. In Aldina *ἔχων* legitur. Primus Casaubonus *ἔχονθ*.

¹⁴ Pro *ἔπαθεν* conjecit Casaubonus *ἔμαθεν*, (de qua mutatione vide Dobræi Advers. T. I. p. 492. Bast. Ep. Crit. p. 282.) etiam *λόγων* in *λέγων* mutato. Idem *βίβλους ὕμνων* intelligit de Hesiodi *Magnis Eæis*, sive *Καταλόγῳ γυναικῶν*, probante Ruhnkenio. Sed recte se habent vulgata, et *βίβλους λόγων* conjungendum est, locusque, ni fallor, intelligendus de sacris quibusdam Commentariis ab Hesiodo exscriptis, vel potius conscriptis. Vide infra v. 45. Dobræi Advers. T. I. p. 256. Namque sacerdotibus constat magna in gratia olim fuisse poetarum genus, qui eorum in usum, dum varias sive urbes, sive regiones, peragrabant, permulta, vix aliunde petenda, de die in diem collegerunt, inque Commentarios digesserunt, exinde sacri dicti; ut vix opus sit ad illud provocare, quod retulit Galenus Protrept. ad Artes T. IV. p. 1. de Archilochi interfectore, qui, cum oraculum accederet, ab eo his verbis repulsus est: *Μουσάων θεράποντα κατέκτανες· ἔξιθι νηοῦ*. A quibus, ut videtur, etiam conficta sunt oracula illa, apud Herodotum puta, veram poesin sæpius redolentia. Mox *πάσας δ' ἐλέγων ἀν. β.* conjectura est Anonymi supradicti. Sed elegos nec scripsit Hesiodus, nec scripsisse potuit, cum suis temporibus nondum inventi sint. Tum *ἀπαρχόμενος*

legerim, cum Ilgenio et Bachio, ut sit ἀπαρχόμενος ὕμνων. Canteri ἀναρχόμενος vox nauci est.

¹⁵ “Cum Homerus non tam suavitate carminis, quam granditate censeatur, vix dubitari potest, quin vere conjecerim: κύδιστον πάντων, κ. τ. λ.” RUHNKEN. Male, opinor. Pind. Nem. VII. 29. ἐγὼ δὲ πλέον ἔλπομαι | λόγον Ὀδυσσεός, ἢ πάθεν, | διὰ τὸν ἀδυεπῆ γενέσθ’ Ὀμηρον. Boeth. V. metr. 2. *Homerus melliflui oris.*

¹⁶ μουσοπόλων Ald. et sic Casaub. Ruhnken. Bach. quod verum censeo. “Hermannus, qui comma posuit post φυλάσσει, simplicem sententiam amplectitur, æternum esse Homerum; unde sic poetam scripsisse suspicatur: ἡδιστον πάντων δαίμονα μουσοπολῶν ᾠδῆσιν. hæc enim verba conjungenda sunt: *dulcissimum deorum Amorem carminibus colens.* Recordabatur, nisi fallor, quod Hesiodus dixit, ἡδ’ Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν. Non habeo aliud exemplum verbi μουσοπολεῖν, sed exemplis in hoc genere non opus. Eodem modo, nisi quis forte id hic quoque præferat, μουσοποιεῖν dixit Aristoph. Nub. 334.” BACH. Si Hermanni mentem recte capio, ad hunc modum connecti ac complanari, quæ sequuntur, voluit: ᾠδῆσιν, λεπτήν ἀνετείνετο θεῖος Ὀμηρος | εἰς Ἰθάκην πινυτῆς, κ. τ. λ. Alioqui trajectio est durissima. μουσοποιῶν, hoc est μουσοποῶν, Bachianum vix ferendum credo in Hermesianacte. Ceterum, qui δαίμων μουσοπόλων hic, locutione minus usitata, vocari videtur Homerus, is θεῖος Ὀμηρος, et θεσπέσιος, et ὁ θειότατος, sæpius audit, v. g. Aristoph. Ran. 1032. Callim. Epigr. VI. Aristot. Poet. 38. Athen. II. p. 41. A. Sotadi apud Stob. T. 98. 9. “Usu valuit, ut princeps sui quisque generis diceretur *deus*: ita Cicero N. D. II. 12. 32. *Platonem vocat quasi quendam deum philosophorum.* Idemque Ep. ad Attic. IV. 16. post init. *Deus ille noster Plato.*” BACH. Adde Colum. de R. R. I. Præf. *Parrens eloquentiæ, deus ille Mæonius.*

¹⁷ “Expressit Propertius II. 7. 23. *Omnia formosam propter Bri-seida passus.*” RUHNKEN.

¹⁸ Hermannus, revocata forma Homericæ: κλαῖεν δ’ Ἰκαρίου, κ. τ. λ. nimis argute fortasse.

¹⁹ “Equidem dubius sum, an vere conjecerit Huschkus ad Tibull. p. 678. et in Comment. de Annio Cimbri p. 57. πολλὸν ἀνακλᾶς, allato Anacreontis exemplo apud Hephæst. p. 59. 8. ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτοῦ μικρὸν ἀποκλᾶς. ‘Quod etiam,’ inquit, ‘hanc ob causam probabile est, quod nec Græci scribunt πολλὸν ἀνατλήναι, sed πολλὰ, nec Latini *multum pati*, sed *multa*. Cic. I. Off. 31. *Quam multa passus est Ulysses.* Virg. I. Æn. 5. *Multa quoque et passus.* Horat. I. Epist. 2. 21. *Aspera multa pertulit.* Assentiri videtur Jacobsius.” BACH. Equidem πολλὸν ἀνατλᾶς verum censeo, quod Hermesianacteum esse potest, quam-

vis nec purum putum sit Homericum. Præ oculis habuit Hermesianax Hom. Od. II. 205. ἀλλ' ὄδ' ἐγὼ τοιόσδε, παθὼν κακὰ, πολλά τ' ἀνατλάς, | ἤλυθον εἰκοστῶ Φέτει ἐς πατρίδα γαίαν.

²⁰ Ovid. ex Pont. Ep. III. 4. 85. *Ferre etiam molles elegi*, &c.

²¹ “Similem Latinorum usum ostendit Heinrichus ad Musæum 32. p. 52. seq. ex Lucret. II. 50. *fulgorem ab auro*. Virg. Georg. II. 243. *dulces a fontibus undæ*. Cf. Jacobsii Animadv. in Athen. p. 321.” ΒΑΣΗ. Virgili locum imitatus est Goldsmithius nostras, *Edwin and Angelina: water from the spring*. Lennepius autem, satis eleganter: πνεῦμα τὸ πενταμέτρον.

²² “καίεσθαι Ναννοῦς cum non sit Græcum, clarum ex eo scribendum esse καίετο μὲν Ναννοῦς ὑπο.” CASAUBON. “Locutionem καίετο Ναννοῦς adversus Casaubonum egregie vindicat T. Hemsterhusius Obs. Misc. Vol. VI. T. I. p. 302.” RYHNKEN. “καίεσθαί τινος temere damnatum a Casaubono, ut parum Græcum. Est phrasis elliptica, ut ὀρέγεσθαι vel ἐφίεσθαι τινος: licet minus usu trita. Dixit et Parthenius (in Eroticis c. 12.) Circen ὑποκαιομένην [deest Lexicis hæc verbi significatio. J. B.] Ὀδυσσεως, et plene (c. 14.) de Cleobœa, καιομένη σφοδρῶ ἔρωτι τοῦ παιδός.” CORAY. “καίεσθαι Ναννοῦς intell. ὑπὸ Ναννοῦς, vel expleas: καίετο ὑπ' ἔρωτι Ναννοῦς, ut Callim. H. in Apoll. 49. ἡϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτῳ. Eadem loquendi ratio apud Charit. IV. 6. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐκαίετο τῆς Καλλιόρης.” HEINRICH. “Explicatio prorsus indigna tanto philologo, nec hodie (ut persuasissimum habeo) ipsi amplius probata. Genitivus positus est ex more Græcorum solenni, ut in formula ἐρῶν τινος, ad exprimendum animi appetitum et affectum. Qua de re verissime disputavit Hermannus ad Viger. p. 875. Nullus, inquit, *uberior est male fictarum ellipsium fons, quam qui positus est in non animadversa confusione duarum loquutionum, quarum altera ad sensum magis, quam ad verba refertur*. Ita τρύχεσθαι, καίεσθαι, ἀλῶναί τινος, στεφανοῦν πίτυος, quia animo cogitatur, πόθον, ἔρωτά τινος ἔχειν, στέφανον πίτυος ἐπιτιθέναι.” ΒΑΣΗ. καίεσθαι Ναννοῦς verte Anglice: *to be enamoured of Nanno*. Theocr. Id. IV. 59. ἦ ῥ' ἔτι μύλλει | τήναν τὰν κῦάνοφρον ἔρωτίδα, τᾶς ποκ' ἐκνίσθη; Qui locus pæne gemellus est. Utrumque citat Matthiæ Gr. Gr. 328. Vide et Thiersch. Gr. Gr. §. CCLIV. 8. Machon Athen. XIII. p. 577. E. ἦς σφόδρ' ἠδέως | *σχεῖν* φησὶ κνισθῆναί τε τὸν Δημήτριον. Ita Porsonus *Tracts* p. 245. Vulgo ἔχειν. Ceterum (mitto illud, quod ὑπ' ἔρωτι nunquam dicunt Græci, sed ὑπ' ἔρωτος tantum) etiam in alium errorem, ut videtur, incidit Heinrichus: nam sententia Callimachi plane ἀπροσδιόνυσος est, cum constructio sit ὑποκεκαυμένος ἔρωτι Ἀδμήτῳ, quemadmodum ἐκπλαγεῖσα ἔρωτι Ἰάσονος dixit Euripides Med. 8. Nec profecto magis ad rem est alter Parthenii locus, a Corayio allatus, sed cum Callimacheo plane

conferendus. Notandum autem, Mimnermi carminis elegiaci, Nannonis inscripti, versus aliquot exstare apud Athen. XI. p. 470. A. B. alios autem nonnullos apud Stob. T. 11. 1. T. 116. 33. 34. et Strab. XIV. p. 634. Casaub. Cf. n. 43. "Nullo pacto fieri potest, quod Ruhnkenio videbatur, ut πολλὸν ἀνατλὰς conjungatur cum καίετο μὲν Ναννοῦς. Alia hæc mala, quam amoris curas, fuisse crediderim: ac mox graves inimici memorantur Hermobius et Pherecles." HERMANN.

²³ Locus corruptissimus, et varie a viris doctis tentatus. Casaubonus conjecit: τῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ | κνημῶθεις, κώμους ἔστιχεν ἀδρανίη. et κνημῶθεις pro διαφθαρεὶς accepit, auctore Hesychio. Lennepius: πολὶ δ' ἐπὶ πολλάκις οὐδῶ | κνημῶθεις, κώμους στεῖχε σὺν ἀδρανίη. ita ut πολὶ οὐδῶ eodem sensu dicatur, quo γήραος οὐδῶ apud Homer. II. Ω. 487. Ruhnkenio aliquando placebat πολὶ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ, ut in Phaniæ Epigr. II. 6. (Brunck. Anal. p. 52.) πολὶ γυῖα δεθεὶς καμάτῳ. Ex codicis lectione autem eruit: πολὶ δ' ἐπὶ πολλάκι κώλῳ | κνημῶθεις κώμους στεῖχε σὺν Fr. Jacobsius Animadv. in Eurip. p. 48. extremum verbum intactum relinquens, reliqua sic commode constitui posse autumat: πολὶ δ' ἐπὶ πολλάκι νώτῳ | κνημῶθεις κώμους εἶχε . . quod a lectione Venet. Codicis λώτῳ proxime abest. Sed ipse novem post annis aliam ingressus est viam ad Anthol. Gr. II. 1. p. 143. χολῶ δ' ἐπὶ πολλάκι κώλῳ, | κνημῶθεις, κώμους στεῖχ', ἀνακοιρανέων. "Poetæ (*inquit*) comissiones agenti tribuitur κῶλον χολὸν propter numeros impariter junctos, quibus ille primus usus esse dicitur. Notus Ovidii locus l. III. el. 1. 8. *Venit odoratos Elegeia nexa capillos: Et, puto, pes illi longior alter erat.*" Tertiam denique conjectandi iniit viam in Scriptis miscellaneis: πολὶ δ' ἔτι πολλάκι λωτῶ | κηλωθεις κώμους εἶδε συνεξανύων. Suidas: κηλέομαι. θέλγομαι οἶον ἀλοῖς καὶ ἡδυνωνίαις. εἶδε κώμους formulam poeticam esse ait ad lectoris animum alicui rei advertendum, sicut Latinum *videre*. Ilgenius olim: σκολιῶ δ' ἐπὶ πολλάκι λωτῶ | κνημῶθεις κώμους στεῖχε συνεξανύειν. ita ut λωτὸς σκολιὸς idem valeat, quod Ovid. Fast. IV. 190. *lotos adunca*, et Theocr. Id. I. 129. *σύριγξ καλὰ, περὶ χεῖλος ἐλικτά*. Verbum κνησμοῦν revocavit ad originem κνάω, *scalpro, rado*; jam sicut a κνάω fit alia forma κνίζω, quæ ad amorem transferatur, ut κνίζομαι sit *prurio libidine, amore titillor, amore uror*; ita κνησμόω eundem habere posse sensum putavit. Sensus: *sæpius autem, quum amorem ureret, ad comessiones ivit, et ad loton aduncam cantilenas cecinit*. Postea conformavit idem: πολλῶ δ' ἐπὶ πολλάκι μώλῳ | κνημῶθεις κώμους στεῖχε συνεξανύειν. i. e. *sæpius autem longa militia confectus ad comessandum ivit*. Aliquando etiam: κώμους ἦχε συνδρομίη, ut hoc esset *concurso rivalium*, et pertineret ad κνημῶθεις. Heinrichius: πολὶ δ' ἐπὶ (vel ὑπὸ) πολλάκι λωτῶ | κνημῶθεις κώμους εἶχε σὺν ἀδρανίη. "σὺν ἀδρανίη, *cum infirmitate*, tanquam senex, qui Cupidinis

arma aliis tradere debuisset." Schweighæuserus: *πολιῶ δ' ἐπὶ* (vel *ἔτι*) *πολλάκι λωτῶ | κημωθεὶς, κώμους εἶχε* (vel *ἦχε*) *συνεξανύων*. "Fuerit *εἶχε* *συνεξ.* periphrastice dictum pro *συνεξήνυκε*." Weberus conjicit: *κώμους ἔκλυσιν εἶχ' ἀνίης*. sive *εὐρ' ἀνίης*. Hermesianactis Editor Anonymus: *κ. ἔστιχεν ἐξανύτων* vel *κ. στείχε συνεξανύτων*, *frequentavit cætus mystice perfectorum*. Hermannus ad Orphei Argon. 1293. *πολιῶ δέ τε* (postea librorum lectionem *δ' ἐπὶ* retinendam censuit) *πολλάκι λωτῶ | κημωθεὶς κώμους στείχε συνεξανύειν*. "Κημωθέντα vocat, qui φορβεία utitur." *πολιῶ*, nisi forte *σκολιῶ*, Hermannus exquisitius dictum arbitratur de *senili* tibia; *συνεξανύειν* autem ad Mimnernum refert, quod Nannonem tibicinam ipse tibia canens sequebatur. Ceteris intactis, Blomfieldius in Diario Class. Fasc. VII. p. 238. itidem reposuit *κημωθεὶς*, ex noto tibicinum more, qui *κημὸς* induerent, vel, ut Sophocles dixerit, *φορβείας*. v. Schol. Aristoph. Equit. 1147. Hactenus hæc, maximam partem ex Bachii annotatione desumpta: cui præ ceteris probabile videtur id, quod Hermannus protulit, ita tamen ut retineatur pro *δέ τε* lectio librorum *δ' ἐπὶ*, quam, cur minus respexerit mirum est, præsertim quum ea etiam sit aptior. Etenim præpositio *ἐπὶ* exprimit hoc loco causam finalem, ob quam *κημωθεὶς* fuit tibicen. Itaque *κημωθεὶς ἐπὶ λωτῶ* proprie denotat: *capistro indutus, ut tibiam ex loti ligno confectam inflaret*. Hæc, inquam, Bachius; qui tamen *κώμους συνεξ.* simpliciter per *κ. ἄγειν* explicat, collato Bion. Id. XVI. 4. seq. Quibus quidem præmissis, ipsi jam tandem experiamur, quomodo ex hac conjecturarum tempestate commodissime evadamus. Et vide annon, ad *κώμους* apposita præpositione *ἐπὶ*, locus sic omnino constituendus sit et explicandus: *σκολιῶ δ' ἐπὶ πολλάκι λωτῶ | κημωθεὶς κώμους στείχε συνεξανύων*. et sæpe cum *adunca tibia capistratus comissatum ibat una cum Nannone viam conficiens*. Tum *στείχειν ἐπὶ κώμους* ipsum illud erit, quod *βαδίζειν ἐπὶ κῶμον* Aristoph. Plut. 1040. *ἔρπειν ἐπὶ κῶμον* Eurip. Cycl. 444. et post *συνεξανύων* subaudiendum *ὁδὸν, δρόμον, πορείαν*, vel simile quid. Vide Brunck. ad Aristoph. Av. 241. Markland. ad Eurip. Suppl. 1152. Schweigh. Lex. Herod. in *Ἐξανύειν*. Mimnermum autem (quod non viderunt VV. DD.) redamavit Nanno, quæ ἡ *Μιμνέρμον ἀλητρὶς* audit Athen. XIII. p. 597. A. et inde ratio apparet, cur una cum ea viam conficeret. Exinde etiam, ni fallor, Aldinæ lectionis *συνδρομὴ* origo patet. Nimirum *συνδρομέων* voci paullo difficiliori *συνεξανύων*, loco glossæ, superscripsisse videtur librarius, memor forte verbi *κωμοδρομέω*, de quo Pollux IX. 11. Est autem *κωμοδρομέω* idem quod *κωμάζω*. Nec profecto durius est *στείχειν ἐπὶ κώμους λωτῶ*, quam *ἀνετείνετο ῥῶδῃσιν* supra vv. 29, 30. Quod ad *κημωθεὶς* attinet, conferenda plane hæc vox est cum *ἐμπεφορβιωμένος* (*ἐμπεφορβειωμένος* Eustath.) Aristoph. Av. 861. ubi prodit in scenam

tibicen, corvino vultu ornatus, et tibicinum more capistratus. Schol. ad I. φόρβιον δὲ ἐστὶ τὸ περικείμενον τῷ στόματι τοῦ ἀνλητοῦ δέρμα, ἵνα μὴ σχισθῇ τὸ χεῖλος αὐτοῦ. Marsyæ capistrati figuram habes apud Salmas. in Solin. p. 833. Obiter corrigendus est Photius p. 162. Κημῶν : φημοῦν· χαλινοῦν. Legendum : Κημοῦν. Poscit enim analogia : Κημὸς —Κημόω—Κήμωσις.

²⁴ “Hermannus, observans verbum ἀχθέω æque inusitatum esse ut ἐχθέω, totum locum optime sanare videtur : δὴχθη δ', Ἐρμόβιον τὸν ἀεὶ βαρὺν ἠδὲ Φερέκλην | ἐχθρὸν μισήσας οἱ ἀνέπεμψεν ἔπη. i. e. *Pœnituit eum carminum, qualia effuderat, quum semper sibi gravem Hermobium inimicumque Phereclum odio persequeretur.* Acute enim perspexit Herm. hanc in verbis illis sententiam requiri, amore constrictum odium abjecisse Mimnermum inimicorum, cum quibus antea graves iras exercuisset; quemadmodum Hermesianax in fine fragmenti Aristippum ab solitis disputationibus refugisse dicat.” ΒΑΧ. πληχθεὶς δ', et amore percussus, conjicit Bachius. Fortasse legendum : ἐχθρὸν δ' Ἐρμόβιον, τὸν ἀεὶ βαρὺν, κ. τ. λ. Μοχ Φέρεκλον Casaubonus. “Hermobius et Pherecles quinam fuerint, alia quidem rerum monumenta non docent; sed totius loci sententia declarat illos fuisse Mimnermi rivales, quos infelicis amoris auctores in carminibus perstrinxisse ἐρωτομανῆν [ἐρωτομανῆ J. B.] verisimile est.” ΒΑΧ.

²⁵ “τοῖανδ' B. τ' οἶαν A. apud Ruhnkenium, τοῖαν apud Schweigh.” DINDORF. Bachius edidit : τοῖ ἀνέπεμψεν ἔπη, talia carmina emisit, protulit, edidit, suadente Jacobsio in literis ad eum datis.

²⁶ “Scribendum est Λύδη nomen mulieris; sed nomen gentile Λυδὴ παροξυτονεῖται. [ὄξυτονεῖται J. B.] Itaque Dindorfius falso scripsit Λυδῆς. v. Valck. ad Eurip. Phœn. p. 607. Jacobs. ad Anth. Palat. p. 465.” ΒΑΧ. Recte. Et sic Plutarch. Consol. ad Apoll. p. 106. B. In Asclepiadæ Epigrammate (Brunck. Anal. I. p. 219.) Λύδη καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὐνομα, κ. τ. λ. mulieris nomen gentili dignius est. Μοχ χρυσηίδος Ald. unde Χρυσηίδος Casaubon. sine causa, opinor; nam et alterum potest patronymicum nomen esse. Antimachi carmen Lydam inscriptum meminere Plutarch. l. c. Athen. XII. p. 597. A. et Photius in Ὀργεῶνες. Cf. n. 43.

²⁷ δαρδάνην impressum in Aldina. Σαρδιανὴν Lennepius et Westonus, probante Hermanno : sed obstat quantitas metrica, ut vel ex Ionico Σαρδιανὸς patet. Ion tragicus apud Athen. XV. p. 690. B. βακκάρεις δὲ καὶ μύρα | καὶ Σαρδιανὸν κόσμον εἶδέναι χροὸς | ἄμεινον ἢ τὸν Πέλοπος ἐν νήσῳ τρόπον. Δαρδανίην Editor Anonymus supradictus, et Gœttingius. Δαρδανίη Bachius. Neutrum intelligo. Ruhnkenius, allata MS. Ven. scripturā δαρδάνη : λάρνακί νιν δὲ θ. provocans ad Hom. II. Ω. 795. et ad Epigr. Anal. Brunck. T. III. p. 292. Videndum autem,

annon veræ lectionis vestigia servavit codex Palatinus, in quo *περδάνη* scriptum est, singulari discrepantia. Legendum opinor: *Περγαμίη δὲ θανοῦσαν*, κ. τ. λ. *et in Pergamo mortuam*, &c. Pergamum inter urbes Sardes metropolim circumjacentes commemorat Anton. Itin. p. 176. Vide et Constant. Porphyrog. de Them. I. 3. Nempe, dum eas urbes, una cum amica sua, tibicinum more, quos *les troubadours* vocant Franco-galli, peragrabat Antimachus, in Pergamo, uti contigit, diem supremum obiit Lyda; qua ibi sepulta, protinus, mærore afflictus et profligatus, Colophonem abiit, juxta illud Amphidis Stob. T. 104. 6. *ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃ τις ἄνθρωπος τόποις, ἤκιστα τούτοις πλησιάζων ἤδεται.* Origo autem corruptelæ fuerit hæc: primum, veræ voci (mitto ι, sive adscriptum, sive subscriptum) *δαρδανίη* superscripsit de Pergamo Trojano somnians librarius: mox, elapso ι, *περγάμη* scribi cœptum est, et æquo passu, ut ne periret altera lectio, *δαρδάνη*, prout hodie exstat in codicibus Marciano et Laurentiano: *περδάνη* autem ex utraque menda natum est. *Περγαμίη* (subaudito *χώρα*), pro usitatiorē *Περγάμω*, eadem ratione dixerit Hermesianax, qua urbs Cretæ cognominis Patereulo ac Plinio *Pergamus* audit, Straboni autem ac Scylaci *Περγαμία*, Virgilio *Pergamea*, nisi et hic per *i* scribendum sit.

²⁸ Ita Igenius, nisi quod τ' dedit. MSS. *καλλιωναῖζαον* et *καλλιωναῖζαον*, Ald. *καλλίων' ἴζαον*. Casaubonus omnino: *Σάρδεις Ἰαόνων δ'*, metro respuente, cum prima in *Ἰάονες* brevis sit, secunda autem longa. Hom. II. N. 685. *ἐνθα δὲ Βοιωτοὶ, καὶ Ἰάφονες ἐλκεχίτωνες.* Hermannus ex glossa Hesychii (*Αἰζάων. ὀρών ὑψηλῶν*) legendum conjicit: *Τμώλιον αἰζαον δ'*, et *Tmolium verticem*, h. e. Tmoli montis cacumen. *κάλλιον αἰάζων δ'* edidit Bachius. Fortasse legendum, commate post *γαῖαν* posito: *αἴλιον αἰάζων δ'*. Cf. infra n. 43. Sic *αἴλιον προκλάω* dixit Eurip. Phœn. 1535. et *αἴλιον ἰαχεῖ* Herc. F. 348. *αἴλινα στοναχεῖτε*, et *μύρεσθε*, Mosch. Id. III. 1. 14. ubi tamen *αἴλινα* fortasse adverbialiter accipiendum est pro *θηρητικῶς*, quemadmodum in Callim. Hymn. in Apoll. 20. *οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ.* In Callimacho malim: *οὐδὲ Θέτις γ' ne Thetis quidem.* Cf. Aristoph. Vesp. 480.

²⁹ "Cum Hermanno scribendum *ἀκρην*." BACH. Pro *γόνων* vide annon *λόγων* legendum. Cf. supra v. 25. De *λόγος* et *γόςος* confusis consulendus Porsonus ad Eurip. Orest. 1020. et Phœn. 1329. 1355. Musgrav. ad Ion. 638. Mox *ἀνεπλήσατο* Ald. et Casaub.

³⁰ *ἱεράς* duo MSS. *ἱεράς* unus. Ald. *ἱράς*. "Postrema hæc lectio prælata est ab editoribus, synzesis immemoribus. Hom. Od. Ξ. 94. *οὐποθ' ἐν ἱερέουσ' ἱερίων, οὐδὲ δὴ οἴω.*" BACH. *ἱεράς* etiam Hermannus. Vide Thiersch. Gr. Gr. § CXLIX. 3.

³¹ "Doctus amicus meus et ingeniosus legendum putat *ἀνεδείματο*, *condidit*. Quanta carmina, ut Latini aiunt, *condidit*, et ut Milton in

nostram etiam linguam transtulit, *to build the lofty rhyme*. Forsan repone-
 nere debemus *ἀνεπλέξατο, contexit*. Occurrunt in Auctoribus *πλοκαὶ
 ὀνομάτων*, et *πλέκειν τὴν φῶδὴν*. Metaphora est indubitanter satis ele-
 gans." WESTON. *ἀνεδείματο* esset *reædificavit*. *ἀνεδείξατο* conjicit
 Mitscherlichius ad Hymn. Homer. in Cerer. 473. notante Bachio, qui
 vulgatam lectionem probat, et *κώμους ἀναδέχασθαι* Latine exprimit
comissiones suscipere. Fluxit autem locutio Miltoniana ex Aristoph.
 Ran. 1002. vel forte ex Antipatri Epigrammate Anthol. III. p. 110.
 Jacobs. p. 393. Brod. *Ædificare nomen* dixit Ennius apud Macrob.
 VI. 1.

³² "MSS. *Ἀνακρέων*, quod præferrem, si *ἐφωμίλησεν* plene scriptum
 invenirem. Valde enim insolenter penultima sub ictu versus produci-
 tur, et facillime id evitare potuerat poeta, si scripsisset, *καὶ γὰρ τὴν ὁ
 μελιχρὸς Ἀνακρείων ἐφίλησεν*—." HERMANN.

³³ Antipater Anthol. III. c. 23. p. 380. (Brunck. Anal. II. p. 29.)
οὐδ' ὑπὸ δυσμενῶν δούρατι κεκλίμεθα. Pro *δουρὶν* Hermannus proposuit
δούρει, sicut *δῶρει* dicitur, teste Etymol. Mag. p. 284. 31. quamvis ne-
 mo (inquit Bachius) facile inveniatur, quo illud exemplo defendi possit.
 Putaram *δορὶ δὴ κεκλ.* collato Eurip. Hec. 903. Sed *δουρὶν*, pro *δώρα-
 σιν*, forte Hermesianacteum est. Vel lege et transpone: *δούρασιν
 οἰνηρὴν κ. π. δούρασιν* semel dixit Homerus II. Φ. 162.

³⁴ Schol. ad Soph. Aj. 1199. *ἡδιστος δὲ ὦν ὁ Σοφοκλῆς, πάλιν ἐπὶ τὸ
 ἴδιον ἦθος ἐκλινεν ἐν τοῖς μέλεσιν ὄθεν καὶ μέλιττα ἐκλήθη*. Suidas
 v. *Σοφοκλῆς*: *προσηγορεύθη δὲ μέλιττα διὰ τὸ γλυκύ*. Auctor Vitæ So-
 phoclis: *μόνος δὲ Σοφοκλῆς ἀφ' ἐκάστου τὸ λαμπρὸν ἀπανθίζει· καθὸ καὶ
 μέλιττα ἐλέγετο*. Hesychius Milesius de Philosophis p. 60. *Σοφοκλῆς ὁ
 τραγικὸς μέλιττα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἡδύ*. Hinc *ὁ μελιχρὸς audit Sophocles*
Simmix Theb. Epigr. 2. (Brunck. Anal. I. 168.)

³⁵ "πολυπρήωνα κολώνην Ruhnkenius. Libri *πολυπρήωνα κολώνην*.
πολυπρήωνα Κόλωνον Lennerius." DINDORF.

³⁶ Locus imprimis vexatus. *ἀγειραιθειρειδος* duo MSS. quæ reliquiæ
 (inquit Dindorfius) esse videntur verborum inter voces *Ἔρωτα* et *Ζεὺς*
 deperditorum, male in unam vocem conjunctæ. *ἀγειραιθ* αρειδὸς* ed.
 Ald. Conjecturæ viro-
 rum doctorum sunt hæ. Ruhnkenius correxit:
Ἔρωτα γεραῖραι . . . collato Hymn. Homer. in Mercur. 428. *μνημοσύνην
 μὲν πρῶτα θεῶν ἐγέραυρεν αἰοιδῆ*. Idem vir doctissimus etiam post
 v. 60. sibi lacunam deprehendisse visus, plena distinctione figit post
χοροστασίαις. Valckenærius *Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα* cum *ἦδε*, deleta
 distinctione, conjungit, ut Sophocles in canticis choricis Bacchum et
 Cupidinem cecinisse dicatur. Nimirum hodieque exstant duo cantica
 chorica, in quibus Sophocles Amorem et Bacchum celebravit: unum
 est Antig. 781. seq. *Ἔρως ἀνίκασε μάχαν, κ. τ. λ.* alterum ejusdem

αὐ.
 οὐδ' ὑπὸ
 δυσμενῶν
 δούρατι
 κεκλίμεθα
 γομφόδοτος δὲ
 δῶρει

εἶδ'

tragœdiæ 1115. seq. πολυώνυμε, Καδμείας | Νύμφας ἄγαλμα, κ. τ. λ. Quorum locorum cum priore conferendum est Sophoclis Fragmentum insigne, ex fabula incerta, apud Stob. T. 63. 6. (Dindorf. Poet. Sc. Gr. p. 62.) itemque aliud ex Phædra (Dindorf. Poet. Sc. Gr. p. 59.) Quum autem Hermesianax omnium et poetarum et philosophorum, quos recenset, amicas nominarit, unius Sophoclis amicam reticuerit, suspicatus est Lennepius, in corrupto θειαρειδος nomen Θεωρίς latere. Athenæus XIII. p. 592. A. Σοφοκλῆς δ' ὁ τραγωδιοποιὸς ἤδη γέρων ὦν ἡ ράσθη Θεωρίδος τῆς ἐταίρας.—τῆς δὲ Θεωρίδος μνημονεύει, λέγων ἐν τινι στασίμῳ οὕτως· φίλη γὰρ ἡ Θεωρίς. Lennepii vestigia persecutus Ilgenius totum distichum ita refigit: Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ' ἤγειρε Θεωρίδος εἶδος, | ἦν ᾧδῆς τεχνὴν Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ. *Theoridis pulcritudo canendi artem, qua Jupiter Sophoclem donarat, excitavit et inflammavit.* Riglerus aliam ingressus est viam: Β. κ. τ. Ἔρωτα γέρας δὲ Θεωρίδι δῶκεν | ᾧδῶν, ὦντε χάριν Ζ. ἔ. Σ. Et sic metricè interpretatur: *Scilicet exornat dulci ille Theorin honore | cantus, quem Sophocli Jupiter ipse dedit.* Bachius edidit: Β. κ. τ. Ἔρωτα γέρων δὲ Θεωρίδος εἶδος cum lacuna duorum versuum, tertiiq̄ dimidiati, donec deventum est ad voces Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ: “namque ea,” Bachii sunt dicta, “nobis saltem longior esse videtur, quam ut unius hemistichii spatio expleri queat.” Idem Bachius censet, ad verba γέρων δὲ Θεωρίδος εἶδος cogitatione supplendum esse ἄσμασιν ἤνεσε, sive ὕμνησε, sive simile quiddam; immo et in lacuna fortasse præter ea, quæ ad Theoridem spectant, factam esse etiam mentionem alterius amicæ, de qua Athenæus ibid. ἐπὶ δὲ δυσμαῖς ὦν τοῦ βίου, ὡς φησιν Ἡγήσανδρος, Ἀρχίππην ἠγάπησε τὴν ἐταίραν, καὶ τοῦ βίου κληρονόμον κατέλειπεν. ὅτε δὲ γηραιῶ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ συνῆν ἡ Ἀρχίππη, ὁ πρότερος αὐτῆς ἐραστὴς Σμικρίνης, ἐρωτῶμενος ὑπό τινος τί πράττει Ἀρχίππη, χαριέντως ἔφη “Ὡσπερ αἱ γλαῦκες ἐπὶ τάφων κάθηται.” Editor Anonymus supradictus: Β. κ. τ. Ἔρωτ' ἀνακείραι τ' εἰαροειδοῦς | ὦρην Ἀρχίππης Ζ. ἔ. Σ. provocans ad Pindarum apud Athen. XIII. p. 574. A. ἐρατειναῖς ἐν εὐναῖς | μαλθακᾶς ὥρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι. Poterat citasse Æsch. Suppl. 658. ἤβας δ' ἄνθος ἄδρεπτον | ἔστω μὴδ' Ἀφροδίτας | εὐνάτωρ βροτολοιγὸς Ἀ-|ρῆς κέρσειεν ἄωτον. Estque illi εἰαροειδῆς *vernicolor*, cui vocabulo, inquit, maxime germanum est *ειαρόμαστος* Rufini in Anthol. Gr. VII. p. 616. Brod. Sed hæc, puto, aptius dicta essent de virgine, quam de meretrice, quæ, veteri amatore amandato, Sophocli seni jam tandem cesserat. Westonius conjecerat: Β. κ. τ. Ἔρωτ' ἐγέραιρεν θεῖος ἀοιδός. | Ζ. ἔ. Σ. Schweighæuserus: Β. κ. τ. Ἔρωτα γεραίρειν θεῖν ἀοιδῆ | Ζ. ἔ. Σ. Nec dissimulandum, prius hemistichium etiam in Aldina editione constituere voces Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ. In re desperata etiam meam, qualis fuerit cunque, conjecturam, etsi non

valde fidenter, visum est apponere. Certe locus nondum persanatus est, nec persanandus fortasse nisi codicum meliorum ope. Totum locum sic refingo: 'Αθῆς δ' οἶα μέλισσα, πολυτρήρωνα Κολωνόν | λείπουσ', ἐν τραγικαῖς ἤδε χοροστασίαις, | Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα λέγων· ὁ γὰρ αἰθεροειδὴς | Ἀρχίππην γεραιῶ Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ. *Attica autem qualia apis, columbis abundantem Colonom linquens, in tragicis cecinit choreis, Bacchum et Amorem narrans: æthereus enim Archippam seni Jupiter dedit Sophocli.* οἶα vulgo interpretantur ut vel *ceu*; quæ quidem interpretatio, quamvis per se bona, ne hilum quidem ad loci sententiam proficit. Est οἶα ἤδε conferendum plane cum *πόσους ἀνεδέξατο κόμους* supra v. 47. et suppleendum utrobique *γιγνώσκεις* vel *οἶσθα*, ut supra v. 1. infra vv. 71, 85, et 89. Vide n. 2. Si quæras, qua auctoritate dicatur *πολυτρήρων Κολωνός*; respondeo, nulla. Atqui nec ipsa vox *πολυπρήων* uspiam exstat, et, si exstaret, cum *κολωνή* (nec *diffiteor*) Ruhnkeniano jungi quidem poterat, neutiquam vero cum *Κολωνός*. *πολυπρήων κολωνή* esset *collis multa habens cacumina*: *πολυπρήων Κολωνός* vertat, qui possit. Loca apud veteres Græcos, quæ epitheto ornantur *columbarum abundantiam* exprimente, tria, nisi vehementer erro, tantum sunt, Thisbe urbs Bœotix, Messa urbs Laconix maritima, et Salamis insula. Utraque urbs *πολυτρήρων* audit Hom. II. B. 502. 582. insula autem *πελειοθρέμμων* Æsch. Pers. 314. Salaminem rupibus excelsis abundasse, facile vel ex Æschyli Persis colligetur; Messam inter rupes sitam fuisse, vel ex eo sequitur, quod littus, ubi fuit, valde scopulosum est atque abruptum. De Thisbe sic diserte Eustathius ad Homeri locum priorem: *Θίσβη ἢ καὶ Θίσβαι, οἰκεῖται μικρὸν ὑπὲρ θαλάσσης χωρίον ὄμορον Θεσπιεύσιν, ἐν τῇ Κορωνειακῇ ὑποπεπτωκὸς ἐκ νότου τῷ Ἑλικῶνι ἐπίκειον αὐτῆς πετριῶδες, περιστερῶν μεστόν· ἔνθα σημειοῦται καὶ ὅτι λίαν περιέργως ἐξειρήνοχεν ὁ ποιητὴς τὸ, πολυτρήρωνα Θίσβην.* Nempe, cur columbis abundarent hæc loca, in causa erat scopulorum frequentia, quibus innidificabant: nam columbis sylvestribus, quarum non est proprium gregatim convolare, quæque in arboribus sepibusque nidificant, plane hic locus est nullus. Poterat igitur, opinor, scripsisse Hermesianax *πολυτρήρωνα Κολωνόν, columbis abundantem*, atque adeo *scopulosum*; quæ notio huic *χώρῳ* satis convenire videtur, ut patet ex Coloneo Œdipo. Venio ad *λέγων*, quod cum *Σοφοκλῆς* subintellecto concordare potest per *σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον*; de qua figura consulendus Fischer. ad Anacr. Od. III. 17. et ad Aristoph. Plut. 292. Matthix Gr. Gr. 434. 1. seq. Porson. *Tracts* p. 42. et ad Eurip. Orest. 596. Nimirum ad *λείπουσ'* usque sermo est quasi de vera ape, juxta illud Anth. Gr. VII. p. 583. Brod. *ἀνθοδίατε μέλισσα, τί μοι χροὸς Ἡλιοῶρας | ψαύεις, ἐκπρολιπούσ' εἰαρινὸς κάλυκας*; Mox ad masculinum genus labitur Hermesianax, relicta ambiguitate, qua in sententiæ initio usus est. In ceteris

nulla est difficultas. Velle videtur Hermesianax, Archippam amatorem senilem blandimentis suis adeo delectasse, ut Bacchi et Amoris laudes insolens concelebraret.

ἘΞΥΛΛΑΚΩΝ
W.H.

³⁷ ἐκ συνοχῶν, Westonus interpretatur *ob continentiam*. Casaubonus conjecit ἐκ δακέων, *ex maledictis*. Lennepius: ἐξ ἀλόχων, item πάντως, pro πάντων. Jacobs. ad Anth. Gr. II. 2. p. 236. ἡδ' ἀπαλῶν μ. κ. ἐξ ὀνύχων κ. τ. λ. collato Automedontis Epigr. 3. τὴν κακοτέχνοισ | σχήμασιν ἐξ ἀπαλῶν κινυμένην ὀνύχων. Cf. Horat. Od. III. 6. 23. Bachius edidit: κ. πάντως μ. κ. ἐξ ὀνύχων. Et sic etiam Blomfieldius.

³⁸ "Ita libri scripti et editi. Casaubonus primus sine justa causa κατενίσσατο scripsit duplici litera σ. Etenim per se jam produci antepenultimam temporis futuri νίσσομαι docet Homerus II. Ψ. 76. νίσσομαι ἐξ Ἀίδαο, ἐπὶν με πυρὸς λελάχητε." ΒΑΣΗ. Vide Eustath. ad Homeri locum p. 1397. 5. Bas.

³⁹ "Casaubonus scribit Ἀργείην, quod nomen proprium est apud Theocr. Eid. XVII. 53. et Apollod. I. 9. p. 46. Certe contextus nomen amicæ postulat." ΡΥΗΝΚΕΝ. Jacobsius proponit Ἀντείαν, quod nomen exstat in Catalogo meretricum apud Athen. XIII. p. 593. F. Ilgenius, transpositis literis, Αἰγεινῶ corrigendum censet, ut Θεανῶ, Κελαινῶ, Κρινῶ, Κοριαννῶ, &c.

⁴⁰ εἰσόκε τοι δ. Ald. quo servato, Εὐριπίδῃ casu vocativo scribit Porsonus *Tracts* p. 245. Vide et Dobræum in Addendis ad Porsoni Aristophanica p. (131.) Ita etiam Jacobsius ad Anth. Gr. II. 2. p. 236. notante Bachio. εἰσόκε δὴ δ. conjicit Schweighæuser.

⁴¹ "Hanc de Euripidis morte narrationem refellit Addæus Anthol. III. 25. p. 396. Οὐ σε κυνῶν γενὺς εἶλ', Εὐριπίδῃ, οὐδὲ γυναῖκος Οἰστρος, τὸν σκοτίης Κύπριδος ἀλλότριον, Ἄλλ' Ἀΐδης καὶ γῆρας ὑπαὶ Μακέρτῃ δ' Ἀρεθούσῃ Κεῖσαι ἑταιρείῃ τίμιος Ἀρχέλεω." ΡΥΗΝΚΕΝ.

⁴² "Lenissima medicina corrigendum ἀνεθρέψαντο, ductore Adr. Heringa *Observ.* c. 31. p. 284." ΒΑΣΗ. Ita etiam Dalecampius, ut videtur, vertens: *educarunt*.

⁴³ Correxit Ruhnkenius. καὶ οὔσα corrupte Ald. καίουσα Casaub. Cf. supra n. 28. Λεόντιον, amicam suam, alloquitur Hermesianax, a cujus nomine inscriptum est carmen elegiacum, unde hæc Ecloga desumpta est. Mox ad προγόνοισ conferendus est Hesychius: Πρόγονοι οἱ πρωτόγονοι ἄρνες. Clausulam illustrabit Virg. *Ecl.* I. 39. *Ipsæ te, Tityre, pinus, ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.*

⁴⁴ "χάλκειον θῆκαν solenni dicendi more. Theocr. 17. 8. in Epicharmum: ὦ Βάκχε, χάλκειόν νιν ἀντ' ἀληθινού Τιν ὦδ' ἀνέθηκαν. Sic χαλκοῦν τινα ἴσταναι passim apud oratores. v. Bergler. ad Alciphr. I. 30. s. fin. et Hemsterhus. in Lucian. T. I. p. 165. *Stare* voc. solenne de statu ap. Romanos. Virg. *Ecl.* VII. 31.—*levi de marmore tota Pu-*

niceo stabis suras evincta cothurno. h. e. tibi statua ponetur, interprete Heynio." HEINRICH. Herod. IX. 81. ἀπ' ἧς (δεκάτης sc.) δεκάπηχυν χάλκεον Δία ἀνέθηκαν. Theocr. Epigr. 20. 6. in statuam Pisandri: τοῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος, ὡς σάφ' εἰδῆς, | ἔστασ' ἐνθάδε, χάλκεον ποιήσας. Horat. Sat. II. 3. 183. *Æneus ut stes.* Huc pertinet insignis locus Homeri Il. B. 317. seq. αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ τέκν' ἔφαγε (δράκων sc.) στρουθοῖο καὶ αὐτὴν, | τὸν μὲν ἀρίζηλον θῆκεν θεὸς, ὅσπερ ἔφηνε' | λάφαν γάρ μιν ἔθηκε Κρόνου πάϊς ἀγκυλομήτεω' κ. τ. λ. Nimirum in luco, in quo, dum in Aulide detinebantur, sacrificabant Græci, statuam lapideam serpentis καλῆ ὑπὸ πλατανίστῳ, portenti in loco, Homeri temporibus ostentasse videntur sacerdotes, mirifica ea omnia, quæ de serpente vivo tradit Homerus, cultoribus dei evomentes quam religiose! Quæ res ab Homeri interpretibus parum percepta est. Voces autem ὑπὸ πλατάνῳ distinctione a θῆκαν separavit Ruhnkenius, ut cum μολπάζοντα conjungerentur, loco de poeta umbram sectante satis male intellecto.

⁴⁵ "*Battidem* Philetæ amicam vocat Ovid. Trist. I. 6. 2. *Nec tantum Coa Battis amata suo est.* III. ex Pont. 1. 58. *quo non Inferius Coa Battide nomen habes.* Quem secutus Scaliger ad Propert. III. 7. 44. Βαττίδα in Hermesianacte legit. Βίττις [Βιττίς J. B.] tamen, Βιττώ, et Βίττιον usitata mulierum nomina sunt, e. g. apud Antipatrum Anthol. III. 12. p. 331." RUHNKEN. De sequentibus sic Schweighæuserus: "Græca ista latine sic reddidit Dalecampius: *Philetam Battida canentem, alacrem, totis suis carminibus, loquaci verborum prolixitate.* Similiter Gallicus interpres: *qui chanta cette maitresse si volage, et pour la quelle il répandit tant de plaintes.*—Ruhnkenius in eadem fere cum Dalecampio sententiam præscripta verba accepisse videtur: nihil quidem aliud adnotavit, nisi *vocem λαλιῶν in bonam partem pro στωμυλία sumi.* [Cf. Aristoph. Ran. 1067. J. B.] Nobis longe aliud hic dixisse Hermesianax visus erat. Novimus quidem esse viros doctos, (in his Toupium, in Indice ad Addenda sua in Theocritum) qui diversum statuunt *Philetam*, elegiacum et epigrammaticum *poetam*, a *Phileta*, docto *Grammatico et Glossographo*, sæpius citato ab Athenæo.—Sed *eundem virum* fuisse *diserte* Suidas docet; nec, cur diversos statuamus, ulla ratio subest: fuisseque eundem Hermesianactis non modo æqualem, sed et amicum et præceptorem, partim ejusdem Suidæ testimonio constat, partim Scholiastæ Nicandri ad Theriac. v. 3. Jam hoc ipsum dicere nobis visus erat Hermesianax, poetam illum *Philetam*, qui *Bittidem* amicam *cecinit*, eundem etiam *omne genus verborum antiquorum, et universum veterem sermonem*, in suis Glossarum libris *servasse*, et ab interitu (aut certe a tenebris quibus premebantur) vindicasse. ῥύεσθαι, est *servare, conservare*: et ad hoc ipsum verbum referenda præpositio *περι*; ut *περιρρύομαι* similiter dictum sit, idemque valeat, ac *περισώζω, facio*

ut supersit, incolumem conseruo, ab interitu vindico." Ita Schweighæuserus, etiam novo, pro re nata, excogitato vocabulo. Ecquis autem scriptor Græcus λαλιάν usurparit de sobriis Grammatici dictatis? Ceterum, pro ῥνόμενον, χενόμενον scribendum esse censeo, facili mutatione. Vide supra n. 5. Et tmesis est. Sic περιχέεσθαι χρυσὸν dixit Homerus, Od. Ψ. 159. Verte: *Philetam tota sua carmina et loquacem verborum prolixitatem Bittidi circumfundentem.* Angl. liberius: *plying her with all the wordy craft of the poetic art.* Dixit Quintilianus XII. 10. *circumfluentes undique eloquentiæ copia.* Locutionem Hermesianacteam illustrabit Homeri locus, Il. B. 41. *θείη δέ μιν ἀμφέχουτ' ὀμφή.* Scholiasta, exscribente Hesychio: Ἀμφέχουτο, περιεκέχουτο.

⁴⁶ οὐ μὴν οὐδ' corrigendum esse censet Blomfieldius Diar. Class. Fasc. VII. p. 239. et Mus. Crit. Cant. T. I. p. 54. ut supra v. 15. sine causa, opinor. οὐδὲ μὲν οὐδὲ formula est epica, vix aliud valens quam οὐδέ. Sic qui Il. M. 212. dixerit Homerus ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ **Ἔῤῥοικε**, idem simplicius dixit Il. A. 119. ἐπεὶ οὐδὲ **Ἔῤῥοικε**. Est ubi οὐδὲ μὲν valet οὐδὲ μὴν, id quod notavit Hesychius. Vide Il. A. 154. ubi οὐδὲ μὴν etiam Gazæ Paraphrasis.

⁴⁷ ἐκτῆσαντο Porsonus Advers. p. 138. Diphilus apud Athen. VI. p. 247. B. ἀνὴρ γὰρ ὅστις εὖ βίον κεκτημένος, | μὴ τοῦλάχιστον κ. τ. λ. Incertus poeta apud eund. XIII. p. 596. A. ὅτε μὲν ἔφασκον δοῦλον ἐκτῆσθαι βίον. Quæ loca attulit Porsonus l. c. Adde Eurip. Antiop. Fragm. XXIII. p. 83. Dindorf. ἀνὴρ γὰρ ὅστις, εὖ βίον κεκτημένος, | τὰ μὲν κατ' οἴκους κ. τ. λ. Vides integrum senarium Euripideum in suas partes Diphilum traxisse. Ejusdem fabulæ Fragm. XXXII. p. 84. Dindorf. εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτημένος | μηδὲν δόμοισι κ. τ. λ.

⁴⁸ αὐθ' ἢ—λόγων Schweigh. Male, opinor. Mox πυκνά, pro πικρά, conjicit Porsonus *Tracts* p. 245.

⁴⁹ κῆδος MS. Ven. apud Ruhnken. veteres Schweighæuseri membranæ, et Schweighæuserus ipse.

⁵⁰ οὐδ' οἶ δεινὸν Ald. quod tueri videtur locus Hom. Il. Z. 58, 59. οὐδ' οἶδ' αἰνὸν, quod dedit Dindorfius, conjecerat Westonus, ob adjectivum δεινὸς intra trium versuum spatium ter repetitum, assentiente Porsono *Tracts* p. 40.

⁵¹ Heinrichius: *μαινόμενον*. Editor Anonymus: *μαιομένον*, ut referatur ad Ἐρωτος. Bachius edidit: *φαινομένου*. Mox κείνον pro δεινὸν Heinrichius, improbante Bachio. De Amore ἡνιόχῳ vide Jacobs. *Animadv.* in Eurip. p. 308. et ad Anth. Gr. I. 1. p. 17.

⁵² καμψὰ conjectura est Heinrichii; atque ita edidit Bachius. Sed recte se habet vulgata. *κομψὰ σοφίσματα* dixit Eurip. Antiopæ Fragm. apud Stob. T. 56. 13. Mox εὐράμενον Casaubonus, prout citat Bentleyus, de toto loco audiendus, *Dissertation upon Phalaris*, p. 66. *Another*

Confirmation of Aristoxenus's Account, that Pythagoras was but XL, when he first came to Italy, is his marrying a Wife at Crotona, Theano the Daughter of Brontinus, by whom he had two Sons and two Daughters. About his Love to Theano we have these elegant Verses of Hermesianax, the Colophonian Poet, that lived in Alexander's time: Οἷη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανούς Πυθαγόρην, ἐλίκων κομψὰ γεωμετρίας Εὐράμενον, καὶ κύκλον ὅσον περιβάλλεται αἰθῆρ, Βαιῆ τ' ἐν σφαίρῃ πάντ' ἀποτασσόμενον. Here we see, he had such a Passion for his Mistress Theano, that the Poet calls it Madness. Which better agrees with the Age of 50, than 70, after he had stay'd 7 years in the Vault.

⁵³ “Hemsterhusius malebat: Βαιῆ τ' ἐν σφαίρῃ πάντ' ἀπομασσόμενον. Idque, ut magis accommodatum sententiæ, etiam Wyttenbachio placebat.” RUIHKKEN. Μοχ ἔχρη Ἀπόλλων | ἀνθρώπων εἶναι est ex emendatione Porsoni *Tracts* p. 41. Wyttenbachii conjectura εἶναι Ἀπόλλων | ἔχρησ' ἀνθρώπων adjuti. Ald. et Casaub. ἐχρηῆν (sequitur lacunæ indicium) εἶναι | πολλῶν δ' ἀνθρώπων.

⁵⁴ “ἐκ δὲ βαθείης κ. τ. λ. Ex præcedentibus supplendum est οἷω, ita ut hæc etiam verba, quorum subjectum est *Socrates*, dependeant a verbo *γινώσκεις* subaudiendo. Itaque post vocem *μένει* comma ponendum est, non colon, ut vulgo.” ΒΑΣΗ. Hoc supplementum non intelligo. Collocatio particulæ δὲ ea est, quam supra habuimus v. 3. Ceterum οὐδὲ βαθείας Jacobsius, unde nihil proficimus.

⁵⁵ “Præclare Codices Venetus et Medicæus *κουφοτέρας* pro vulgato *κουροτέρας*. *Κουφοτέρας* ἀνίας vocat sollicitudines, quibus amantes agitantur. Theocr. Eid. XVII. 52. μαλακοὺς μὲν ἔρωτας Προσπνείει, κούφας δὲ διδοῖ ποθέοντι μερίμνας.—Theocritum, vel Hermesianactem, imitatur Propertius II. 9. 4. *Et levibus curis magna perire bona.*” RUIHKKEN. qui mox ἐξεφόρησ' conjicit. Ilgenius et Heinrichius: ἐξεσόβησ', *expulit*, juxta illud Paul. Silent. c. 34. (Brunck. Anal. III. p. 81.) ἐγὼ ξανθίσματι χαίτης | ἔκχυτον ἐκ στέρνων ἐξεσόβησα νόον. ἐξεσόβησ' etiam Jacobsius. Recte autem ἐξεπόνησ' retinet Bachius, sed perperam notat, verbum ἐκπονεῖν hic loci respondere Latino *elaborare*, *eniti*, Germanico *herausarbeiten*, (Angl. *to work out*) collato Horat. Od. III. 1. 19. *Non Sicula dapes | dulcem elaborabunt saporem.* Vide Glossarium.

⁵⁶ Citat Ruhnkenius Propert. II. 12. 29. *Errat, qui finem vesani querit amoris. | Verus amor nullum novit habere modum.*

⁵⁷ “Libri omnes λόγῳ, cujus loco Heringa p. 281. scripsit λόγων. Sed non est opus hac conjectura, quum, Ilgenio potissimum doctore, vulgata lectio λόγῳ eodem tendat, quo λόγων, modo pro dativo commodi, quem dicunt, non pro dativo instrumenti capiatur.” ΒΑΣΗ. Recte Heringa λόγων. Similiter διέξοδον τοῦ λόγου dixit Galenus apud Budæum p. 332.

⁵⁸ "Legebatur *εύράμενος*." DINDORF. Vide supra n. 52.

⁵⁹ *δεινός* Ruhnkenius, quod prætulerim. Sic *dira cupido* dixit Virgil. Georg. I. 37. et *dira fames* Æn. III. 256.

⁶⁰ *ὄτ'* Ald. et sic edidit Ruhnkenius, Primus Schweighæuserus *ὄ τ'*, i. e. καὶ ὄ, ut sit articulus, ad *ὄξυς Ἀρίστιππος* transferendus, probante etiam Bachio. Male, opinor. Vide autem annon omnino legendum sit: *ὄτε χλιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο*. Sic et Penelopam, et Bittidem, epithetis ornavit Hermesianax supra vv. 30. 77. Eurip. Cycl. 500. *ξανθὸν | χλιδανῆς ἔχων ἑταίρας | μυρόχριστον λιπαρὸν βόστρυχον*. Ἀπιδανῆς vox nulla est, quod vidit Ruhnkenius.

⁶¹ "φεύγων οὐδὲ μένων—Confer Oraculum apud Herod. I. 55. Athen. XIV. 630. D. R. P. MSS." DOBR. Ipse etiam sic conieceram, putans Homericam locutionem esse, Oraculique apud Herodotum oblitus. Cf. Damm. Lex. Homer. in *μένω* sub init. (ubi τῷ μένειν opponi τὸ φεύγειν notat Lexicographus ille) Eustath. ad Il. B. 333. p. 175. 21. Bas. Vide et Il. E. 527. Sic Xen. Cyrop. III. 3. 28. *οἳ γε μὴν πολέμοιο οὐκέτι ἐδύναντο μένειν, ἀλλὰ στραφέντες ἔφευγον εἰς τὸ ἔρυμα*. *φεύγων οὐδὲ μένων ἐξεφόρησε βίον* etiam Friedmannus in libro de media syllaba pen- tam. p. 298. notante Bachio. Vide notam sequentem.

⁶² "Postquam ad finem difficilium Hermesianactei hujus carminis salebrarum evasisse nobis gratulabamur, supererat in ipsis extremis verbis, *οὐδαμένον ἐξεφόρησε βίω*, difficultas quæ vereor, ne prorsus sit ineluctabilis.—Lubens equidem ab omni conjectura abstinuissem: sed quum in latina versione aliquid tamen fuerit ponendum, ita interpretatus sum, quasi scriptum esset,—*οὐδαμινὴν ἐξεφόρησε βίον*." SCHWEIGHÆUSER. Saltem *οὐδαμινόν*. Sed unice vera, nec cara auro contra, est Porsoni emendatio *ἐξ Ἐφύρης ἐβίω* scribentis, pro corrupto *ἐξεφόρησε βίω*, Tracts p. 246. Qua emendatione cum altera Viri summi, quam in n. 61. commemoravi, consociata, nil ultra quærendum est. Totum locum sic verte: *fugitque et omnes repudiavit disputationes philosophicas, nec domi (h. e. Athenis) manendo ab Ephyra semotus vixit*. Angl. *he discontinued his philosophical lectures, and forsook Athens for Corinth*. Et olim fuerunt *λέσχαι* loca, quo convenientes philosophabantur. Photius: *Λέσχη: πολλὴ ὁμιλία· φλυαρία· τὸ δὲ παλαιὸν αἱ καθέδραι καὶ οἱ τόποι, ἐν οἷς εἰώθεσαν φιλοσοφεῖν ἀθροιζόμενοι, λέσχαι ἐκαλοῦντο· οὕτω φησὶ καὶ Ἱεροκλῆς ἐν ἁ φιλοσοφουμένων*. Quæ verba exscripsit Suidas. Aristippum Corinthum navigasse, ac Laide scorto usum esse, tradit Laertius in Vita, ex auctoritate Sotionis. Totum autem versum, Porsoni emendatione abusa, sic concinnavit Bachius: *φεύγων, οὐδ' ἀπέχων ἐξ Ἐφύρης ἐβίω*. Cujus ultimas voces sic vertit: *neque Ephyra semotus vixit*. Atqui hoc esset *ἀπέχων Ἐφύρης*, non *ἀπέχων ἐξ Ἐφύρης*, quod solæcum est. De Ephyra sic Plin. I. et c. 4. *Medio intervallo, quod*

non, as staying, lived away from Corinth.

Isthmon appellavimus, adplicata colli habitatur colonia Corinthus, antea Ephyra dicta. Vide Hom. Il. B. 659. Z. 152. et ad utrumque locum Scholiastam.

GLOSSARIUM IN HERMESIANACTEM.

V. 1. Οἴην, *qualem*. De ellipsi vide n. 2. Edidit Hermesianax Elegiacorum Libros tres, quos ab amasiæ suæ nomine *Leontium*, perinde atque ejus imitatione Propertius Librum primum *Cynthia*, inscripsit. E tertio autem Leontii Libro, in quo Κατάλογον ἐρωτικὸν fecit, hoc apospasmation desumptum est. Mirum vero est, neminem interpretum vidisse, totius Libri rationem eam fuisse, quam in Ἠοίαις μεγάλαις, sive Καταλόγῳ γυναικῶν, consecutus est Hesiodus, et huc plane referenda esse iterata illa, Οἴην μὲν v. 1. Ἀτθὶς δ' οἶα μέλισσα v. 57. οἶα τιναχθεὶς v. 71. οἴη μὲν v. 85. οἴῳ δ' ἐχλίηνεν v. 89. quæ aliter expressa sunt vv. 15. 21. 27. 35. 41. 47. 61. 69. 75. 79. 95. Audiendus Canterus Nov. Lect. IV. 3. "Hesiodus inter cetera, quæ Pausanias Bœoticis enumerat, scripsit etiam μεγάλας Ἠοίας, ut vocat idem Pausanias, et præter hunc Athenæus, atque insuper Apollonii, Pindari, Sophoclis interpretes: in quibus præclarissimas quasque mulieres et heroinas perpetuo carmine celebravit, vel ut singulas pro exemplo proponeret, vel ut unam aliquam illustrissimam cum reliquis contenderet. Hinc enim dictæ sunt Ἠοίαι, quod singulæ similitudines ab his vocibus, ἢ οἴη, inciperent: ut in Homeri Bœotia factum cernimus, et apud Hebræos in Pentateucho. Quo etiam contigit, ut Ἠοίην posteriores poetæ ab Hesiodo fuisse adamatam, et hoc modo celebratam putarint: ut et ab Homero Penelopen, et ab aliis alias. Huc enim pertinet elegantissima Hermesianactis, Colophonii poetæ, elegia, ab Athenæo descripta." Exempla aliquot Hesiodæa arponam: (1) ἢ οἴη Ἐρίη Βοιωτῆ ἔτρεφε κούρην. Ita correxit Gaisfordius, ope usus Schol. Ven. ad Hom. Il. B. Cat. 3. cum apud Eustathium corrupte legeretur, ἢν δὴ Ἐρίη Βοιωτῆς τρέφε (Βοιωτῆς τρέφε etiam Schol. Ven.) κούρην. Sed legendum, ni fallor: ἢ οἴην Ἐρίη Βοιωτῆ ἔτρεφε κούρην. *vel qualem Hyria Bœotia aluit puellam.* Antio-pam sc. collato Steph. Byz. in Ἐρία. (2.) ἢ οἴη Διδύμους ἱερὸς ναῖουσα κολωνὸς | Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἀντ' Ἀμύροιο | νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής. (3.) ἢ οἴη Φθίη Χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσα, | Πηνειοῦ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κῦρήνη. (4.) ἢ οἴη Ἐρίη πυκινόφρων Μηκιονίκη, | ἢ τέκεν Εὐφημον γαιαόχῳ Ἐννοσιγαίῳ | μυχθεῖς ἐν φιλότῃ πολυχρύσου Ἀφροδίτης. Locum servavit Schol. Pind. Pyth. IV. 35. qui, dum Doricum scriptorem tractabat, γαιαόχῳ festinanter dedit, cum deberet γαιηόχῳ. (5.) οἶα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἔχθος, | ὅστις ἄδην πίνει, Φοῖνος δὲ Φοὶ ἔπλετο μάργος, | σὺν δὲ πόδας χειράς τε

δέει, γλώσσάν τε, ῥόον τε, | δεσμοῖς ἀφράστοισι· φιλεῖ δέ **Fe** μαλθακὸς ὕπνος. Sunt Fragmenta IV. XIX. XXXV. XXXVI. XLIII. Gaisford. Egregie autem a Cantero, vel potius Joanne Aurato, observatum est, Scutum Herculis, quod hodie exstat, Hesiodicum nihil aliud esse, nisi Ἴοίων μεγάλων Fragmentum, proprio tamen Scuti insigniri nomine, quod ejus præcipua sit in hac comparatione descriptio: sicut Græcis in Homero Λιταί, et apud Latinos Somnium Scipionis dicitur. Exinde ad Scuti initium recte intelligendum demum patuit via. Est autem hoc: ἢ οἷη προλιπούσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν | ἤλυθεν ἐς Θήβας, μετ' ἀρήϊον Ἀμφιτρώνα, | Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσσόφου Ἡλεκτρώνομος. Supple γινώσκεις, vel οἶσθα, ut in Fragmento Hermesianacteo. Ἰοίας autem Hesiodeas imitatus est Sosicrates Phanagorita, ignotus alioquin scriptor, catalogum certorum hominum exhibens, in quo omnia exempla a voce οἶους initium cepissent; itemque Nicænetus Samius, sive Abderita, in Καταλόγῳ γυναικῶν. Utrumque meminit Athenæus XIII. p. 590. A. ἐπεὶ περ ἡμῖν ἐμποδῶν ἐγένου κατάλογον γυναικῶν ποιουμένοις, οὐ κατὰ τοὺς Σωσικράτους τοῦ Φαναγορίτου Ἰοίους, ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου ἢ Ἀβδηρίτου. Cf. Casaub. ad Strab. I. p. 42. Schweigh. ad Athenæi l. c. Et hoc scribendi genus ob oculos habuisse videtur Propertius I. 3. init. *Qualis Thesea jacuit cedente carina | languida desertis Gnossia litoribus: | qualis et accubuit &c.* Adde I. 22. init. Ceterum, quas Hesiodo Ἰοίας tribuunt Eustath. ad Il. B. p. 200. 49. Bas. et ad Od. N. p. 523. 33. Schol. Ven. ad Il. B. Cat. 3. Strabo IX. p. 640. Schol. Pind. ad Pyth. I. c. et ad IX. 6. Schol. Soph. Trach. 1174. Porphyrius apud Schol. Ven. ad Il. Ξ . 200. eæ a nonnullis scriptoribus tanquam sublestæ fidei citantur. Pausan. Bœot. IX. 36. Ὑήττου δὲ ἐποιήσατο μνήμην καὶ ὁ τὰ ἔπη σύνθεῖς, ἄς μεγάλας Ἰοίας καλοῦσιν Ἕλληνες. Id. ibid. 40. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ τὰ ἔπη, τὰς μεγάλας Ἰοίας, ποιήσας. Schol. Pind. Pyth. III. 14. ἐν δὲ τοῖς εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένοις ἔπεσι φέρεται ταῦτα περὶ τῆς Κορωνίδος. Qui locus, ut credibile est, Eœis pertinet. Hesiodo ascribit Athenæus X. p. 428. C. διὸ καὶ Ἡσίοδος ἐν ταῖς Ἰοίαις εἶπεν. Idem tamen aliter VIII. p. 364. B. ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων μεγάλων Ἰοίων παρῴδηται. Pro genuinis accipit Hesychius: Ἰοῖαι. ὁ κατάλογος Ἡσιόδου. Hesiodo etiam tribuit Suidas in Ἡσίοδος; qui tamen inter Eœas et Scutum Herculis ibi distinguit. Ejus verba sunt hæc: ποιήματα δὲ αὐτοῦ ταῦτα. Θεογονία. Ἔργα καὶ Ἡμέραι. Ἀσπίς. Γυναικῶν Ἡρώτων Κατάλογος ἐν βιβλίῳ ε'. κ. τ. λ. Obiter tentabo Hesiodi Fragmentum apud Schol. Theocr. Id. XI. 75. νήπιος ὃς τὰ ἔτοιμα λιπῶν, ἀνέτοιμα διώκει. Angl. *A bird in the hand is worth two in the bush.* ubi ὃς τὰ γ' Gaisfordius. Legendum videtur ὅστις. Sic Soph. Elect. 146. νήπιος ὅστις τῶν οἰκτρῶς | οἰχομένων γονέων ἐπιλάθεται.

Ibid. ἀνάγω, *sursum duco*, notante ἄνω præpositione, quasi sit ἄνω ἄγω. Hesiod. Theog. 626. ἀνήγαγον ἐς φάος αὐτίς. Pind. Isth. VI. 91. ἂν δ' ἄγαγον ἐς φάος οἶ- | αν μοῖραν ὕμνων. Eurip. Bacch. 289. ἐς δ' Ὀλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν νέον. Sæpius autem ad mortuorum resuscitationem pertinet. Æsch. Agam. 990. οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ | τῶν φθιμένων ἀνάγειν ἐπ' ἀβλαβείῃ | Ζεὺς ἂν αὐτ' ἔπαυσεν. Soph. Scyriarum Fragm. apud Stob. T. 124. 17. νῦν δ', ὦ γεραιέ, ταῦτ' ἀνηνύτως ἔχει, | τὸν μὲν τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν' | κάμοι γὰρ ἂν πατήρ γε δακρύων χάριν | ἀνήκτ' ἂν εἰς φῶς. Eurip. Herc. F. 1322. θανόντος δ', εὐτ' ἂν εἰς Ἄιδου μόλῃς, | θυσίαισι λαίνοισι τ' ἐξογκώμασιν | τίμιον ἀνάξει πᾶσ' Ἀθηναίων πόλις. Quanquam non deerunt forsitan, qui ἀνήγαγεν pro simplici ἤγαγεν apud Nostrum sumendum esse autument, et ἀνάγειν Ἄιδόθεν ipsum illud esse, quod ἄγειν ἄνω dixit Eurip. Alc. 869. et πρὸς τὸ φῶς ἄγειν Sophocles l. c. Certe redundare videtur præpositio Alc. 1007. τόλμα δ', οὐ γὰρ ἀνάξεις ποτ' ἐνερθεν | κλάων τοὺς φθιμένους ἄνω. Cf. Damm. Lex. Hom. in Ἀνάγω, Eustath. ad Il. Θ. 203. p. 593. 38. Bas. Hesychius: Ἀνάγειν. ἄγειν.

V. 2. στειλάμενος κιθάρην, rariori locutione, *cithara instructa*, vel *ap- parata*, Angl. *having trimmed his harp*; *having strung his lyre*: estque στειλάμενος, hoc in sensu, idem quod παρασκευάσας, εὐτρεπίσας. Hom. Il. Δ. 294. Φοὺς Φετάρους στέλλοντα. h. e. ἐτοιμάζοντα, διατάσσοντα, ut exponit Scholiasta. Sic et, notione *contrahendi*, *legendi*, vocem tum activam, tum etiam mediam, hoc verbum amat. Od. Γ. 11. ἰστία νηΦὸς ἐΨίσης | στείλαν ἀείραντες: Il. A. 433. ἰστία μὲν στείλαντο. Photius: στειλάμενοι: στείλαντες.

V. 3. ἔπλευσεν, *navigavit*. Necyiae initium respexit Hermesianax.

V. 5. μακρὸν αὐτεῖ, si de unda locus sit intelligendus, *late resonat*; si vero de Charonte, *alta voce clamat*. Vide n. 5. et Homeri locum ibi citatum. Et proprie est *resonat*, sive *clamat*, *ita ut e longinquo exaudiri possit*: tum generaliter accipi potest pro μέγα αὐτεῖ. Hesiod. Scut. Herc. 319. ἐπὶ δὲ πλήμναι μέγ' αὐτενν. Æsch. Choeph. 305. Δίκη μέγ' αὐτεῖ. Sic qui μακρὸν αὐσε dixerit Homerus Il. Γ. 81. E. 101. 283. idem μέγ' αὐσε dixit Il. Ξ. 147. Φ. 328. Schol. ad Il. Γ. l. c. μακρὸν. μέγα. Hesychius: Μακρὸν αὐσε. μεγάλως ἐβόησεν.

V. 6. διέκ, (vox Lexicis adjicienda) *ex*; et proprie motum exprimit, qui per aliquem fit locum, evadendi causa. Angl. *through and out of*. Hom. Il. O. 124. ὦρτο διέκ προθύρου. Sic scribendum videtur, ubi vulgo δι' ἐκ π. Vide et Od. P. 460. Σ. 385. Φ. 298. Similiter ὑπέκ conjunctim impressum in ed. Ven. Il. O. 628. ubi male Heynius divisim scribit. De παρέκ et παρέξ vide Eustath. ad Il. Λ. 486. p. 800. 28. Bas.

Ibid. μεγάλοι δόνακες sunt *arundines procerae*, Angl. *tall, rank*. Ovid.

Metam. XIII. 891. *Vivaque per rimas, proceraque surgit arundo.* Hinc, ut videtur, explanandus est Propert. II. 27. 13. *Jam licet et Stygia se-deat sub arundine remex, | cernat et infernæ tristia vela ratis.* Quem locum variis modis torserunt interpretes.

V. 7. ἔτλη, *sustinuit, pertulit.* Hesychius: "Ἐτλης. ὑπέμεινας. Cf. Hom. II. E. 382. seq. et Eustath. p. 427. 1. Bas. Monk. ad Eurip. Alc. 285. Matthiæ Gr. Gr. 250. Thiersch. Gr. Gr. §. CCXXXII. 148. et de constructione Matthiæ Gr. Gr. 549.

Ibid. μονόζωστος, et μονόζωνος, *unicum cingulum habens*; et confere-rendum plane est cum οἰόζωνος Sophocleo (quod vidit Ruhnkenius) (Ed. R. 846. quem locum attulit Suidas in Μονόζωνοι. Sophoclis Scholiasta: οἰόζωνον. μονόζωνον, μόνον. Hesychius: οἰόζωνον. μονόστολον. Eurip. Phœn. 754. μονοστόλου δорός. h. e. μόνης τῆς ἑαυτοῦ λόγχης, uti exponit Scholiasta. Schol. ad Alc. 418. μονόστολος ἀντὶ τοῦ ἔρημος. μονόζωστος igitur, apud Hermesianactem, veritas licet: *solus, solitarius.* Non multum tamen repugnem, si per μονομάχος exponas, ut valeat: *solus cum inferiorum monstris concertans.* Hesychius. Μονόζωνοι. οἱ τῶν πολεμίων κατάσκοποι. ἢ μάχιμοι, οὓς ἡμεῖς, μονομάχους.

V. 8. Ὀρφεὺς. "Antiquum quidem Orpheum, qui antiquissima Dorica lingua usus fuisse dicitur, non habemus; sed Onomacritus, Atheniensis, Pisistratidarum et Xerxis, Persarum regis, ætate, non omnia quidem, ut nonnulli opinati sunt, confinxit, sed, conservatis sententiis omnibus, et bona verborum parte, dialectum modo mutavit, nonnullis quoque pro suo arbitrio forsitan additis, aut demtis." HARLES. Orphica, cum notis H. Stephani, Eschenbachii, Gesneri, recensuit Godofr. Hermannus Lips. 1805.

Ibid. ἔξαναπαίθω. Vide n. 7.

V. 9. ἀνέθιστος, *insolitus, insolens.*

Ibid. ὑπομειδάω, (vox Lexicis adjicienda) *subrideo.*

V. 10. ὑπέμεινε. ἔτλη. Vide ad v. 7.

V. 11. θοόω, (a θοός, *celer*) *acuo.* Vide n. 8. "Θοοῦσθαι φωνὴν est *incitata voce latrare*: θοοῦσθαι ὄμμα, *oculos acriter intendere.* Nicand. Ther. 227. αὐτὰρ ἐνωπῆς Γλήνεα φοινίσσει τεθωμένους. Oppian. Hal. II. 525. σεύονται λύσση τεθωμένοι. Nonn. XLVII. p. 1238. Μή σε πάλιν μανίη τεθωμένον ὀψὲ νόησω." RUHNKEN.

Ibid. ὄμμα σκληρόν, *obtutum durum*, h. e. trucem. Ovid. Pont. III. 1. 165. *Sint utinam mites solito tibi more; tuasque | non duris lacrymas vultibus aspiciant.* Id. Trist. V. 7. 17. *Vox fera, trux vultus.*

V. 12. τριστοιχος, proprie, *tres ordines vel series habens*, ut τριστοιχους ὀδόντας dixit Hom. Od. M. 91. itemque Aristot. Hist. An. II. 1. e Ctesia: et hoc loco valet *tergeminus, triplex.* Ovid. Trist. IV. 7. 16. *Tergeminumque virum, tergeminumque canem.* Tibull. III. 4. 87. *Nec*

canis anguinea redimitus terga caterva, | cui tres sunt linguæ, tergeminumque caput. Adde Propert. III. 6. 23. IV. 7. 52.

V. 13. ἀοιδιάω, i. q. ἀείδω. Hom. Od. E. 61. ἡ δ' ἔνδον ἀοιδιάουσ' ὀπίκαλῃ. Hesychius: Ἀοιδιάει. ἄδει, ὑμνεῖ.

V. 14. μαλακοῦ βίοντον, *mollis vitæ*, h. e. dulcis, felicitis, præ ea, quæ apud inferos agitur. Ovid. Fast. VI. 416. *Quod superest ævi, molle sit omne, tui.* Id. Trist. V. 3. 9. *Quique prius mollem, vacuumque laboribus, egi | in studiis vitam, Pieridumque choro; | nunc procul a patria, &c.*

V. 15. ἀγέραστος, (a γεράζω, honoro) *inhonoratus*. Hom. Il. A. 118. ὄφρα μὴ οἶος | Ἀργείων ἀγέραστος ἔω. Hesychius: Ἀγέραστος. ἄτιμος. Cf. Horat. Od. IV. 9. 30. *Non ego te meis | chartis inornatum silebo.*

V. 16. Μουσαῖος. Ejus patriam incertam fuisse docet Photius in Μουσαῖος: περὶ δὲ Μουσαίου, οἱ μὲν ἐκ Θράκης εἰρήκασι τὸν ἄνδρα εἶναι οἱ δὲ αὐτόχθονα ἐξ Ἐλευσίνος. “Multa scripsisse fertur; nihil vero præter poema de Hero et Leandro ad nostram pervenit ætatem. Neque tamen id carmen antiquum illum Musæum habet parentem, neque, ut Jul. Cæsar Scaliger perverse, nec acute sensit, ante Homerum fuit fustum, (nam in codd. Musæus nominatur Grammaticus;) sed auctorem ad tempora Nonni Panopolitani sæc. V. demittendum esse, abunde probarunt recentiores Musæi interpretes.” HARLES. Pseudo-Musæi carmen de Herone et Leandro Anglicis versibus reddidit Christophorus Marlowe, itemque Fawkesius.

Ibid. Χαρίτων ἦρανος, (ex ἦρα, τὰ, grata, jucunda) *Gratiarum custos*, fere atque *Hesperidum templi custos* dixit Virgil. Æn. IV. 484. et *Triviæ custos Opis* Id. ibid. XI. 836. Hesiodum πάσης ἦρανον ἱστορίας, *omnis doctrinæ custodem*, dixit Noster infra v. 22. Apoll. Rhod. citante Etymol. Mag. in Ἀθαμάντιον: καὶ μιν ἑὼν μῆλων θέσαν ἦρανον, ὅσσοι ἐνέμοντο | ἀμπεδίον Φθίης Ἀθαμάντιον. *ovium custodem*. Vertit autem Dalecampius *Gratiarum præses*; quod eodem redit. Cic. pro Dom. 55. *Custos ac præses templi*. Id. 2 Agrar. 6. *Tribunus plebis, præses libertatis ac custos*. Hesychius: Ἠρανος. βασιλεὺς, ἄρχων, σκοπὸς, φύλαξ. Idem: Ἠρανον. τὸν βασιλέα, στρατηγόν. Idem: Ἠρανέων. βοηθῶν. χαριζόμενος. Etymol. Mag. Ἠρανος, βασιλεὺς, ἢ βοηθός. Suidas: Ἠρανος. Παῦλος Σιλεντιάριος. Ἰλαθι πολμήντι μεγασθενὲς ἦρανε γαίης. πρὸς βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἐν τῇ Ἐκφράσει τῆς Ἀγίας Σοφίας. Est ubi ἦρανος valet ὁ ἐράσμιος, *amasius*, teste Etymol. Mag. quemadmodum in Hermesianactis loco perperam vertit Schweighæuserus. Eustathius ad Od. Γ. 164. p. 119. 20. Bas. ἦρανον, τὸ ἐπιθυμητόν. Quoniam autem Χαρίτων ἦρανος ob carminum suavitatem audierit Musæus, cum hoc loco satis apte conferri potest Eurip. Phœn. 799. μέλπει | μούσαν, ἐν ᾗ Χάριτες χοροποιοί.

V. 17. ἦ τε. Scribendum ἦτε conjunctim. "Ὅστε i. q. ὅστις. Vide Damm. Lex. Hom. in v. Caret hoc pronomine Lexicorum vulgus.

Ibid. πολυμνήστη et πολυμνήστευτος, cui multi sunt μνηστήρες, sive proci; multis ambita; a multis in uxorem petita. Hom. Od. Ξ. 64. Φοῖκόν τε, κληρόν τε, πολυμνήστην τε γυναῖκα. Hesychius: Πολυμνήστην. ἀγαθὴν, σώφρονα. Theocr. Id. XXVII. 22. πολλοὶ μ' ἐμνώοντο, νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἔφαδεν. Ovid. Heroid. Ep. XVII. 103. Tunc ego te vellem celeri venisse carina, | cum mea virginitas mille petita procis. Id. Trist. II. 375. Aut quid Odyssea est, nisi femina, propter amorem, | dum vir abest, multis una petita procis? πολύμνηστος, genere feminino, exhibet Persæ Epigramma apud Pierson. ad Mœr. p. 235. cujus particulam prius ediderat Oudendorpius ad T. Magist. p. 422. ultimum autem versiculum servavit Suidas in Ῥυτῆρα: Ὀλβια (corrigere Ὀλβία) Εἰλείθυια, πολυμνάστοιο φύλασσε | Τισίδος ὠδίνων ῥύσια δεξαμένα. Voce autem πολυμνήστευτος usus est Plutarchus Erotic. p. 766. D. τὴν Γοργῶ διὰ πλοῦτον, ὡς ἔοικε, περιμάχητον οὖσαν, καὶ πολυμνήστευτον, ἧται γυναῖκα, συγγενῆς ὦν.

Ibid. πέζα, extrema cujusque rei pars, extremitas; unde, in vestimento, sæpius valet *fimbria, limbus, instita*. Photius, a Suida exscriptus: Πέζα. τὸ ἄκρον, ἢ τὸ ἀπολήγον τοῦ χιτῶνος. In Nostri loco *margo, crepido*, sive *ora*, vertendum est. Dionys. Perieg. 931. πέζα δέ οἱ νοτίη, τετραμμένη ἀντολίηδε, | κλύζετ' ἐρυθραίοις ὑπὸ κύμασιν Ὀκεανοῖο. ubi πέζα valet *πλευρὰ, latus, limes, terminus, ora*, quemadmodum *πλευρῆς ζεφυριτίδος* dixit Id. 346. Idem 504. ἅντα δὲ πέζης | Αἰγυπτίης Ῥόδος ἐστίν, Ἰηλυσίων πέδον ἀνδρῶν. ex *adverso ora*. ubi notat Eustathius: ὅτι ἀντικρὺ τῆς Αἰγυπτίας πέζης, ἡγουν τῆς τοῦ Δέλτα βορείας κρηπίδος, ἢ στάσεως, ἢ βάσεως, ἢ Ῥόδου κείται. Exscribendus Eustathius ad Dionys. 334. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ κρηπίδας ἔφη τὰς προρρήθεισας τριγωνικὰς πλευρὰς, ὡς εἶ τις εἶποι βάσεις, διὰ τὸ ἐκάστην τῶν τριῶν εἰς βᾶσιν δύνασθαι λογισθῆναι. κρηπίς γὰρ κυρίως μὲν, ἐπὶ ὑποδήματος· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ βᾶσις, ἐπὶ τε θεμελίου καὶ ἐτέρων τινῶν. προῖων δὲ καὶ πέζαν ἐρεῖ τὴν τοῦ τριγώνου πλευρὰν, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Ad rem etiam Dionys. 29. Λοκροῖο παρ' ἐσχατιὴν ζεφύροιο. De *montis radicibus* usurpat idem Dionys. 535. καὶ Χίος, ἡλιβάτου Πελληναίου ὑπὸ πέζαν. Id. 814. ἢ κείται ὑπὸ ζαθέης πόδας Ἰδης. Similiter et 1039. ἀλλ' ἦτοι πυλέων μὲν ὑπαὶ πόδα Κασπιάων | Πάρθοι ναιετάουσιν. *sub ora*. Dixit Miltonus, *Par. L. VI. 51. the brow of Heaven*: quæ locutio cum *Hermesianactea* plane conferenda est. Nec vero displicet ratio Schweighæuseri, notantis, quum Eleusis in Atticæ ora fuerit sita, peraptam huic loco fore illam vocabuli πέζα notionem, quæ ab H. Stephano annotata est, nempe πέζας *maris* exponi τὰ πρὸς τῷ αἰγιαλῷ

μέρη, id est, *ora maritima*. Cf. Dionys. 820. τήνδε μέτ' Αιολίδος περιπέπταται ἡθεα γαίης, | Αἰγαίου παρὰ χεῖλος. *juxta Ægæi marginem*.

V. 18. εὐασμὸς, proprie, *vociferatio bacchantium*, sive *evantium*, et exinde ad aliam vociferationem tralatum; et hic intelligendum de *læto clamore mulierum in sacris Cereris*. Est autem ab εὐάζω, *evæ clamo*, *bacchor*, quod ex εὐοῖ descendit, perinde atque ex σαβοῖ σαβάζω. Dionys. Perieg. 704. εὐοῖ Βάκχε λέγοντες. Ad quem locum sic Eustathius: ὑμνητικὸν δὲ ἦν τοῦτο τὸ λόγιον, τῷ Διονύσῳ ἐπιφωνούμενον, ὡσπερ καὶ τὸ Εὐάν. ὅθεν καὶ τὸ εὐάζειν παράγεται, καὶ ὁ Διόνυσος Εὐῖος λέγεται. Hesychius: Εὐάζει. θρηνεῖ καλῶς, ὑμνεῖ, ἐπιφθέγγεται. Idem: Εὔσαμα. ἀναφώνημα εὐαστικόν, καὶ βακχικόν ἐπίφθεγμα. καὶ γὰρ τὸ βακχεύειν, εὐάζειν. καὶ Σαβαῖοι, βακχεύοντες. Quæ glossa foedissime turpificata est, eo facilius mendæ carens suspicione, quod Εὔσαμα, corruptum vocabulum, recte disposuerat male sedulus librarius, quod ad literarum seriem attinet. Vide infra ad v. 67. Legendum omnino: Εὐοῖ σαβοῖ. ἀναφώνημα εὐαστικόν, καὶ βακχικόν ἐπίφθεγμα. καὶ γὰρ τὸ βακχεύειν, εὐάζειν· καὶ σάβοι, οἱ βακχεύοντες. (De μ et β confusis vide Schæfer. ad Gregor. p. 1002. et ad H. Steph. Thes. Gr. Ling. p. 5887. Bast. Ep. Crit. p. 278. et Append. p. 28. De α et οι confusis consulendus Porson. ad Eurip. Phœn. 1358. et Med. 44. 675.) Respexit Lexicographus insignem locum Demosthenis De Corona §. οθ'. τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας θλίβων καὶ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρῶν, καὶ βοῶν εὐοῖ σαβοῖ, καὶ ἐπορχούμενος κ. τ. λ. Ad quem locum sic Scholiasta: εὐοῖ σαβοῖ. Βακχικόν τι ἐπίφθεγμα κατὰ τὴν Φρυγῶν διάλεκτον, ἵνα οὕτως ἔχωσιν εὐ οἱ μύσται. Et notandum, de acclamatione εὐοῖ σαβοῖ, quam ceteri fere omnes meminere Lexicographi antiqui, ne verbum quidem proprio loco apud Hesychium exstare. Photius: Εὐοῖ σαβοῖ: Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Βακχικόν τι ἐπίφθεγμά ἐστιν. Idem: Εὐοῖ σαβοῖ: μυστικά μὲν ἐστὶν ἐπιφθέγματα· φασι δὲ τῇ Φρυγῶν φωνῇ τοὺς μύστας δηλοῦν· ἀφ' οὗ καὶ ὁ Σαβάζιος Διόνυσος. Quæ in Lex. Rhet. Bekker. p. 257. sic decurtata sunt: Εὐοῖ σαβοῖ: μυστικά ἐπιφθέγματα. Quod dedi apud Hesychium σάβοι, extra omnem aleam dubitationis ponit locus Scholiastæ ad Aristoph. Av. 873. σάβους δὲ ἔλεγον καὶ τοὺς ἀφιερωμένους αὐτῷ τόπους, καὶ τοὺς βάκχους τοῦ θεοῦ. Vide et Steph. Byz. in Σάβοι, Phot. in Σαβοῖ et Σαβούς. Cum vero utriusque interjectionis eadem fere fuerit significatio, idem ex utraque contigit pari passu derivatis vocabulis. Schol. Aristoph. l. c. τὸ γὰρ εὐάζειν οἱ βάρβαροι σαβάζειν λέγουσιν. Quem locum exscripsit Suidas, tetigit Etymol. Mag. in Σαβάζιος. Hesychius: Σαβάζειν. εὐάζειν, βακχεύειν.

Ibid. ἐκφορέω, (ornatius dictum quam ἐκφέρω) *effero*, *foras* vel *in vulgus effero*, *arcanum enuntio*, *enuntio*, *effari*. Quæ verbi significationes Lexicis desunt. Hesychius: ἐξεφόρουν. ἐξέφερον.

Ibid. λόγια, oracula, responsa divina, effata. Hesychius: λόγια. θέσφατα, μαντεύματα, φυτεύματα, φῆμαι, χρησμοί. ubi, pro φυτεύματα, (φητεύματα ed. Hag.) legendum προφητεύματα, cum Palmerio, collato Photio, qui Θεοπρόπιον exponit τὸ ἐκ θεοῦ μάντευμα ἢ προφήτευμα. Similiter Hesychius, sub voce θέσφατον, ceteris expositionibus etiam illud addit, τὸ ἐκ θεοῦ μάντευμα, προφητεία. Quanquam suspicionem movent voces προφήτευμα et προφητεία, quæ a Christianis quibusdam interpositæ esse videntur.

V. 19. Ῥάριος, Rharius. Ῥάριον πέδιον, Rharius campus, a Rharo, Triptolemi patre. Hesychius: Ῥάρος. ἰσχυρός. καὶ ὄνομα τοῦ Τριπτολέμου πατρός. Photius: Ῥάρ: Τριπτολέμου πατήρ. ubi excidisse videtur terminatio, et Ῥάρος reponendum, cum Albertio ad Hesychii l. Et notat Pausanias Attic. XIV. p. 34. extr. εἶναι μὲν πατέρα Τριπτολέμου τὸν Ῥάρον. Aliter Suidas: Ῥαριάς. ἢ Δημήτηρ. Ῥάρος γὰρ ἔσχεν υἱὸν Κελεόν. Κελεὸς δὲ, Τριπτόλεμον. ὁ δὲ Ῥάρος, πλανωμένην τὴν Δήμητραν, καὶ ζητοῦσαν τὴν Κόρην, ὑπέδεξάτο ἐν τῷ οἴκῳ. ὑπὲρ τῆς τοιαύτης οὖν χάριτος ἢ Δημήτηρ τὸν ἀπόγονον Ῥάρον Τριπτόλεμον, ἐδίδαξε τὴν τοῦ σίτου γεωργίαν. De Cerere Rharia, sive Rhariade, consulendus est Ruhnken. ad Hymn. Homer. in Cer. 450. Vide et Stephani Byzantii locum citatum in n. 11.

Ibid. ὄργεων, ὠνος, et epice ὄργειων, (ab ὄργια, orgia) qui orgia deorum peragit, sacerdos. Photius: Ὀργια: μυστήρια, ἱερά. Idem: Ὀργεῶνες: οἱ τοῖς ἰδίοις ἀφιδρυσμένοις θεοῖς ὄργιάζοντες ὄργιάζειν δὲ ἐστὶ τὰ τῶν θεῶν ὄργια τελεῖν τούτέστι μυστήρια καὶ νόμιμα. Suidas: Ὀργεῶνες. οἱ θῦται. Hic vero feminine usurpatur, ut Latina sacerdos, antistes, valetque ἱερίς, ἰερεία; quanquam desint exempla, quibus hic usus firmetur. Sed nec temere aspernanda est forma ὄργιων, ονος, quam tuetur Hymn. Homer. in Apoll. locus citatus in n. 11. Hesychius: Ὀργίων. ἱερῶν, ἢ ἱερέ. ubi, pace codicis Schowiani, vide annon legendum sit: Ὀργίων. ἱερεὺς, ἢ ἰερεία. Statim subjungit: Ὀργεῶναι. ἰερείαι. Et notanda est Suidæ glossa, cum altera ejusdem Lexicographi conferenda: Ἰερεία. θύτρια. Hujus formæ memor fuisse videtur librarius, qui Photii codicem Galeanum exscripsit, dum apud Antimachum in Lyda, (in Λήδης Γενεᾷ oscitanter H. Stephanus in Ὀργεῶν) pro vera lectione ὄργειωνας, ὄργιωνας negligenter exaravit. Vide Photium in Ὀργεῶνες, itemque Blomfield. Diatr. de Antimacho (Diar. Class. Fasc. VII. et Poet. Min. Gr. Gaisford. ed. Lips. T. III. p. 350.).

Ibid. ἀνεμῶλιος, sine effectu, irritus, vanus, inanis, frustraneus, frivolus, inutilis. Hom. II. E. 216. ἀνεμῶλια γὰρ μοι ὀπάδει. Et Φ. 474. νηπίτιε, τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμῶλιον αὐτως; Od. Δ. 837. et Λ. 464. ζῶει ὄγ', ἢ τέθνηκε' κακὸν δ' ἀνεμῶλια βάζειν. Dionys. Perieg. 751. οὐ γὰρ σφι θέμις (lege θέμις γ') ἀνεμῶλια βάλλειν. ubi notat Eustathius: τοῦτο

δὲ παρωδία ἐστὶ τοῦ παρ' Ὀμήρῳ Ἀνεμώλια βάζειν. De derivatione varie disceptatur. Eustathius ad Il. E. 216. p. 409. 48. Bas. ab ἄνεμος et ὄλλυμι, mira cum levitate, deducit, ut fuerit ἀνεμοόλια, καὶ κατὰ κράσιν ἀνεμώλια. Dissentit Etymol. Mag. Ἀνεμώλιος, ὁ μάταιος. παρὰ τὴν ἀνέμου γενικὴν ἀνεμώνιος, καὶ ἀνεμώλιος. οὐκ ἐστὶ σύνθετον, τὰ ὑπ' ἀνέμων ὀλλύμενα. Qui et similia docet in Ἐτώσιος. Schol. ad Il. Δ. 355. Ἀνεμώλια. ἀνεμόφθορα. μάταια. ἀνέμοις εὐκότα. Quæ expositio utramque derivationem complecti videtur. Aliter prorsus Hesychius, in analogiam peccans: Ἀνεμώλια. μάταια, ἄκαιρα. ἀπὸ τοῦ μετὰ τῶν ἀνέμων μολίσκειν καὶ φέρεσθαι τὰ τοιαῦτα. Ad ἄνεμος referunt omnes, etiam recentiorum temporum Lexicographi, inter eos H. Stephanus et Dammius. Cui notioni favere videntur sequentia: Eurip. Suppl. 1165. λόγων δὲ παρακέλευσμα σῶν | ἀέρι φερόμενον οἴχεται. Id. Troad. 420. Φρυγῶν ἐπαινέσεις | ἀνέμοις φέρεσθαι παραδίδωμ'. Id. Bacch. 350. καὶ στέμματ' ἀνέμοις καὶ θυέλλαισι μέθεσ. Theocr. Id. XXII. 167. ἴσκειν τοιαῦδε πολλά· τὰ δ' εἰς ὑγρὸν ὄχετο κῦμα | πνοιῇ ἔχοισ' ἀνέμοιο. χάρις δ' οὐχ ἔσπετο μύθοις. Mæcius Anth. Gr. IV. p. 469. Brod. κωφοῖς πέμπε λιτὰς ἀνέμοις. Incerti Epigr. ibid. III. p. 416. ἰὼ κακοπάρθενε μοῖρα, | Σπειρογόνας στοργὰν ἔπτυσας εἰς ἀνέμους. Pseud-Anacr. Fragm. II. 9. 10. ἐμῶν φρενῶν μὲν αὔραις | φέρειν ἔδωκα λύπας. Lucret. IV. 929. Tu fac, ne ventis verba profundam. Catull. LXII. 142. Quæ cuncta aerii discernunt irrita venti. Id. LXVIII. 4. Mulier cupido quod dicit amanti, | in vento, et rapida scribere oportet aqua. ubi frustra Burmannus secundus in vino. Virg. Æn. V. 446. Entellus vires in ventum effundit. Id. ibid. VI. 75. Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Et IX. 312. Sed auræ | omnia discernunt, et nubibus irrita donant. Et X. 652. Nec ferre videt sua gaudia ventos. Horat. Od. I. 14. 15. Tu, nisi ventis | debes ludibrium, cave. Id. ibid. 26. 1. Tristitiam et metus | tradam protervis in mare Creticum | portare ventis. Propert. IV. 7. 21. Cujus fallacia verba | non audituri diripuerunt Noti. Ovid. Heroid. Ep. II. 25. Ventis et verba et vela dedisti. Id. Amor. I. 6. 41. An somnus (qui se male præbet amanti) | verba dat in ventos aure repulsa tua? Sic et Rowius nostras, The Fair Penitent II. 1. Be gone my cares! I give you to the winds. Sed longe aliam hujus vocis derivandæ ineundam rationem esse, suadere videtur vox μεταμώλιος, et ipsa Homericæ, ejusdemque cum altera significationis; etenim qui supra dixerat Homerus Il. cc. ἀνεμώλια βάζειν, idem Od. Σ. 331. et 391. μεταμώλια βάζεις dixit. Quam vocem etiam ab ἄνεμος deducit Scholiasta ad Il. Δ. 363. assentientibus, inter recentiorum temporum philologos, Dammio, Heynio, Buttmanno, ut sit pro μετανεμώλιος (aiunt) per syncopen factum. Qua derivatione vix quidquam, ut mihi quidem videtur, incredibilius esse potest. Alii volunt esse ex μετὰ, μῆ, et ὄνω obs. juno. Ernestius ducit ex μετὰ, et

μάω, μάομαι, *studeo, cupio, laboro*, ut ωλιος mera sit terminatio, et μεταμώλιον valeat *id, cujus studium mutatur alio*. Sed neque hæc placent. Singulare est illud Schol. Aristoph. Pac. 117. τὸ δὲ μεταμώνιος, οἱ μὲν ἐξεδέξαντο ματαίως καὶ πρὸς οὐδὲν χρήσιμον, οἱ δὲ φασιν ἰδίως μεταμώνιον τὸν ἐτέρωθεν μετέωρον σημαίνειν, πιστούμενοι τοῦτο παρὰ Σιμωνίδου οὕτω εἰπόντος, Κορία δὲ παρὰ τροχὸν μεταμώνιος ἤέρθη. (Simonidis locum prætermisit Gaisfordius.) Namque notandum cum ν serius scribi cœptum esse, v. g. apud Pind. Ol. XII. 8. et Pyth. III. 40. Theocr. Id. XXII. 181. cum apud Homerum, ex veteri Ionismo, per λ semper scribatur, ut λίτρον, πλεύμων, olim dictum est, pro recentioribus νίτρον, πνεύμων. Vide Eustath. ad Od. B. 98. p. 83. 41. Bas. qui et variam lectionem πλεύμονι Il. Δ. 528. ibi commemoravit. Cf. Latinum *pulmo*, ex quo patet vocabulum Græcum per λ etiam Æoles scripsisse. Sed audiendus Hesychius: Μώνιον. μάταιον, ἀχρεῖον. Idem: Μωνιή. ὀλιγωρία. Quibus glossis perlectis, μεταμώνιος (antiquitus per λ scriptum) ex μετά et μώνιος compositum esse quis non videt? Fuerit autem μώνιος, quasi μὴ ὤνιος, *non venalis, nullius pretii*, Anglice *not saleable, good for nothing, useless*. Sic μωρὸς ex μὴ et ὦρα fit, teste Etymol. Mag. Μωρὸς, παρὰ τὸ ὦρα, (corrigere ὦρα) ὃ σημαίνει τὴν φροντίδα, μετὰ τῆς μὴ ἀπαγορεύσεως, καὶ συγκοπῆς, οἰονεὶ ὃ μὴδὲν φροντίζων. Ad rem Drydenus, *Cymon and Iphigenia* 84. de Cymone fatuo: *He trudg'd along, unknowing what he sought, | and whistled as he went for want of thought*. Sic et μῶν conjunctio ex μὴ et ὦν, quod antiquum, Doricum, et Ionicum, pro οῦν, conflatum est; de quo vocabulo conferendus est Etymol. Mag. in ν. Et hoc compositorum genus imitatos esse Latinos veteres, vel ex *nemo* patet, quod ex *ne* et *hemo* factum est, perinde ac *nullus* ex *ne* et *ullus*. Quorum quidem natura paullo attentius considerata, aures minus graviter ferient synizeses Atticæ, μὴ εἰδέναι, μὴ οὐ, μὴ ἀλλὰ, μὴ ἀναχαιτίσειε, μὴ ἀντὶ, et similia, de quibus consulendus est Thiersch. Gr. Gr. §. CCXLIII. 14. Veruntamen, ut ad rem redeam, paulloque audacius loquar, cum ἀνεμώλιος unica sit vox, quæ cum altera comparari possit, (namque ἀντιμώλιος, et ἑτερομώλιος, sciens prætereo, pro ἀντιμόλιος, et ἑτερομόλιος, aliquoties prave scripta) ejusdemque, quod dixi, significationis sit, nequeo non suspicari veram formam primitus fuisse ἀναμώλιος, ex ἀνά et μώλιος scilicet, eamque vel antiquioribus temporibus in ἀνεμώλιος degenerasse. In nostra lingua similiter sæpius peccatum esse, omnes novimus: nec fortius fortasse exemplum adduci potest, (quamvis sit ex tritioribus) quam illud, quod vocabulum *sparrowgrass* præbet, ex *asparagus* corruptum, tum forma genuinæ vocis, tum etiam etymologia, penitus extincta. Simili ratione vocem *stavesacre* in linguam nostram induxere nonnulli, (quod ab amico meo desideratissimo Gulielmo Stephano Dobson olim

καταμύλιον:
like 'couth'

notatum est) ex *astaphisagria* Plinii, vel *staphisagria* Palladii, (σταφίς ἀγρία) turpiter corruptam. Quidni autem et in Græca similia reperiuntur? Obiter tentabo Hesychii locum, mea saltem sententia, corruptissimum: Μεταμωλίας. ἐμπόλεμον, μετὰ μάχης, καὶ φροντίδος. Quam glossam intelligat, qui possit. Lege: Μετὰ μῶλον Ἄρηος. ἐν πολέμῳ, μετὰ μάχης καὶ φρυάγματος. Respexit Lexicographus II. H. 147. Quod autem dedi φρυάγματος, id confirmat alia Hesychii glossa: Μόλος. πόνος, μάχη, φρύαγμα. ubi quo minus Μῶλος corrigatur, obstat nomen proprium Μόλος, cujus meminit Etymol. Mag. in Μηριόνης. Vide et Hesych. in Εὐμόλα et Εὐμόλος. Illud μῶλον Ἄρηος geminata expositione illustrat etiam Gazæ Paraphrasis ad II. Σ. 134. ubi τὴν συμπλοκὴν καὶ τὸν θόρυβον τοῦ πολέμου exponitur. Sic et Etymol. Mag. καὶ μῶλον Ἄρηος. τὸν ἐν τῷ πολέμῳ μολυσμὸν καὶ τὴν μάχην.

Ibid. ποιπνύω, proprie, *præ nimio labore anhelitum duco*, et exinde, *satago, ministro, sedulo ministro*. Hom. II. Ω. 473. τῷ δὲ δὴ οἴω, | ἦρως Αὐτομέδων τε, καὶ Ἄλκιμος ὄζος Ἄρηος, | ποίπνυον παρεόντε. Etymol. Mag. Ποιπνύειν, ἐνεργεῖν, διακόνειν, οἶονεῖ τὸ μετὰ σπουδῆς καὶ πνεύματος ποιεῖν τί· τῷ γὰρ ἐσπουδακῶτι ἐνεργεῖν ἔπεται τὸ πνευστιᾶν. πνέειν οὖν καὶ πνύειν· καὶ ἐν συνθέσει μετὰ τοῦ ποι ποιπνύειν. Hesychius: Ποιπνύει. ὑπουργεῖ, διακονεῖ. Idem: Ποιπνύων. ἐνεργῶν, θεραπεύων. De constructione vide n. 11.

V. 20. γνωστός, *notus, cognitus*; item *cognoscendus*. Æsch. Choeph. 688. ἐγὼ μὲν οὖν ξένοισιν ᾧδ' εὐδαίμοσι | κεδνῶν ἕκατι πραγμάτων ἂν ἤθελον | γνωστός γενέσθαι, καὶ ξενωθῆναι. ubi tamen γνωτός malim, quæ forma antiquior est, id quod vel Latinum *notus*, (unde *noti, orum, γνωτοί*) suadet. Eustath. ad II. Γ. 174. p. 303. 22. Bas. Γνωτοὶ δὲ οἱ ἀδελφοὶ δίχα τοῦ σ, καλῶς. οὕτω γὰρ καὶ ἀλλόγνωτοι λέγονται, τινὲς δὲ καὶ πολύγνωτοι. καθ' ὁμοιότητα δὲ καὶ τὸ Γνωτὰ κοῦκ ἄγνωτά μοι, τὸ τραγικόν. (Soph. Œd. R. 58.) τὸ γὰρ μετὰ τοῦ σ λέγειν γνωστοὺς καὶ τὰ κατ' αὐτὸ, οὐκ ἀπὸ τοῦ γινῶ γνώσω γίνεται ἀπαθῶς. ἀλλὰ ἐπένθεσιν ἔχει τοῦ σ. ἢ καὶ ἀπὸ ἐνεστώτων ἀρρήτων δοκεῖ γίνεσθαι τοῦ γνώθω ἢ γνώσω. οὐς οὐδὲ ἤκουσέ τις. ἀναλογώτερον οὖν τὸ γνωτοὺς, καὶ τὰ κατ' αὐτὸ, τοῦ γνωστοὺς, καὶ τῶν ὁμοίων αὐτῷ. χρήσιμον δὲ ᾧδε, καὶ τὸ ἄσωτος, καὶ τὸ θαυματὰ, ἡγουν θαυμαστὰ, παρὰ Πινδάρῳ. (Ol. I. 43. ubi vide Boeckh. Pyth. X. 47. Sic Hesiod. Scut. Herc. 165. τὰ δὲ δαίετο θαυματὰ **Φέργα**) Id. ad Od. B. 364. p. 103. 23. δῆμος δὲ ἀλλόγνωτος, ἢ ὁ πολέμιος, ἢ ὁ ἄλλα γινώσκων ἢπερ ἡμεῖς, ἢ ὁ ἄλλοις καὶ οὐκ ἡμῖν γινωσκόμενος. ἐκ τοῦ γνωτός δὲ σύγκειται ὁ ἀλλόγνωτος. ὃν γνωστόν φασιν οἱ ὕστερον. δοκεῖ δὲ ἀλλόγνωτος μᾶλλον εἶναι, ὁ ἄλλοις γνωτός, ἡγουν κατὰ γένος οἰκεῖος. παρὰ τοὺς γνωτοὺς ἦτοι ἀδελφούς. ἄλλως γὰρ, οὐκ ἐκώλυε τὸν ποιητὴν εἰπεῖν Ἄλλογνωστῷ ἐνὶ δήμῳ, καθ' ὁμοιότητα τοῦ, Ἄγνωστον πάντεσσι, ὡς πρὸ ὀλίγου (v. 175.) ἔφη. ὅτι δὲ ὅμως καὶ γνω-

τὸν λέγεται τὸ γνωστὸν, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ, Γνωτὰ κοῦκ ἄγνωτά μοι Προσήλθεθ' ἰμείροντες. (Ced. R. l. c.) Id. ad Od. II. 111. p. 596. 12. Τὸ δὲ Ἀηνήυστῳ ἐπὶ ἔργῳ, ἀναλόγως ἔχει. εἰ γὰρ ἔστι τὸ ἀνυστὸν, ἔστι καὶ τὸ ἀνήνυστον. τὸ δὲ ἀνήνυστον, ἀπέβριψε τὸ σίγμα, ὁμοίως τῷ, γνωτὸς καὶ ἀλλόγνωτος. ὧν προὔπαρχει τὸ γνωστὸς. ἔτι δὲ, καὶ κατὰ τὸ ἔραστος ἐρατὸς, ὁ ἐπιθυμητὸς. ὅθεν καὶ ἡ Ἐρατῶ Μοῦσα. καὶ κατὰ τὸ, ἀγάζω ἀγαστὸς. καὶ ἀπελεύσει τοῦ σίγμα καὶ τροπῇ τοῦ τ εἰς θ, ἀγαθάν. (corrigere ἀγαθός) κεῖνται δὲ ἐτέρωθι καὶ ἄλλα τοιαῦτα. ὧν καὶ τὸ, θαυμαστὰ θαυματὰ παρὰ Πινδάρῳ. δοκεῖ δὲ ὅμως καὶ τὸ ἀνήνυστος, ἐκ τοῦ ἀνυτὸς γίνεσθαι. οὗ δίδωσιν ἔμφασιν ὁ Ἄνυτος τὸ κύριον, προπαροξυνθεὶς πρὸς σημασίαν διάφορον. Quæ loca, inter se collata, nonnihil habere difficultatis, eo lubentius fatendum est, cum in iis complanandis ne Stephanus quidem viam invenerit. Hæc autem planissima sunt: Primum, γνωτὸς analogiæ magis consentaneum esse, quam γνωστὸς, censuisse doctissimum Archiepiscopum; tum, γνωστὸς, pro γνωτὸς, Homeri ætate prorsus incognitum fuisse eum voluisse; denique, hæsitabundum, forte et sui oblitum, de pristina sua sententia paulisper decessisse, ita tamen ut ad eam protinus tantum non reverteretur. Mirum autem videri potest Eustathium, dum exemplum τοῦ γνωτὸς, pro quo γνωστὸς dicebant recentiores, quærebat, ad Sophoclem provocaturum fuisse, cum exempla Homericæ, quanquam bina tantum, præsto fuissent, si modo ea, per memoriam licet, consecutus esset. II. H. 401. γνωτὸν δὲ, καὶ ὅς μάλα νήπιός ἐστιν. Od. Ω. 181. γνωτὸν δ' ἦν, ὃ ῥά τις σφι θεῶν ἐπιτάρροθος ἦεν. Mirum certe est eum, postquam Homero formam γνωστὸς abjudicaverat, ἀλλόγνωστος (contra suorum codicum fidem) recte apud Homerum scribi posse existimasse. Legitur quidem ἄγνωστον Od. B. 175. N. 191. 397. quibus tamen in locis ἄγνωστον unice verum esse nullus dubito. Notat H. Stephanus, γνωτὸς poeticum potius esse. Rectius, opinor, notasset, si pro archaismo poetico puro puto sumsisset. Et quis nescit, uniuscujusque linguæ vocularum antiquiorum vestigia apud poetas potissimum indaganda esse? Hesychius: Γνωτόν. εὐεπίγνωστον. Idem: Γνωτοί. ἀδελφοί, γνωστοί. Schol. Pind. Nem. X. 57. Γνωτ' αἰείδω θεῶ τε. εὐγνωστα δὲ λέγω αὐτῷ τῷ θεῷ. Nec leve argumentum, atque indicium hujus formæ antiquitatis, præbent Ἀρίγνωτος, Διόγνωτος, Πολύγνωτος, nomina propria Attica, e veteri Ionismo prorsus deducenda. Fit autem γνωτὸς a γνώω, vel potius γνόFω, (unde et γνώFω, collato Hom. II. A. 302. Ψ. 610. 661. Ω. 688. Cf. Latinum *noVi*, itemque Anglicum *knoW*) pervetusto et obsoleto verbo, cujus vestigia habes in ἀλλογνώσας Herod. I. 85. ut a τρώFω obs. (unde et τρώFω Od. Φ. 293. Cf. Latinum *triVi* ejusdem stirpis) τρωτός; a βρώFω, βρώFω, obs. (unde Latinum *rodo*, et antiquitus *raVdo*, omisso β, ut in *rosu* a βρόδον, insertoque d, ut in *gaudeo*, *tendo*, a γαFίω, τείνω) βρω-

τός; a σπρόρω, σπρώρω, obs. (cf. Latinum *stravi*) σπρωτός; a σόρω obs. (unde et σώρω Od. Θ. 363. I. 430.) σωτός obs. unde ἄσωτος; et a σαρώ (cf. Latinum *servo*) σαρωτός obs. Quæ revera sunt vetera participia Græca passiva, id quod ex cognatis Latinis *notus*, *tritus*, *rosus*, *stratus*, *servatus*, satis manifestum est. Confer Latina *fractus*, *porrectus*, *lectus*, *actus*, *pactus* a *pango*, *natus*, *mistus*, *datus*, cum Græcis originibus βρακτός Æol. pro ῥηκτός, ὄρεκτός, (sic ὕστερος in *posterus* cessit) λεκτός, ἀκτός obs. unde ἀκτέος, πακτός Æol. pro πηκτός, γνητός et Æol. γνατός obs. unde γνήσιος, μικτός, δοτός denique. At γνωστός, ex recentiore analogia, ad perfectum passivum ἐγνωσμαι referendum est; quod tempus prorsus ignorasse veteres Græcos, suadet Latinorum usus, qui illud similiter ignorarunt, ejusque vice *amatus sum*, *amatus es*, &c. dixere, perinde atque γνωτός ἐμμι, γνωτός ἐσσι, &c. dixerint Æoles. Forma autem γνωτός, ab Homero, Pindaro, Sophocle, usurpata, (apud Æschylum et Euripidem non comparet) una cum compositis suis ἄγνωτος, (Soph.) ἀλλόγνωτος, (Hom.) ἀρίγνωτος, (Hom. Pind.) αὐτόγνωτος, (Soph.) πολύγνωτος, (Pind.) εὐγνωτος, (Soph. ut mox ostendam) cito exolevit, quanquam γνωτοφόντις, ex antiquorum imitatione, habet Lycophr. 1318. et γνωτοφόνος Nonn. Dionys. XXVI. 82. Sic et θαυματός antiquum (perinde atque digammi usus) e Pindaro pæne evanuit, pro quo θαυμαστός sæpius usurpat. Neque θαυματός, neque θαυμαστός, agnoscit Homerus. Γνωτός autem etiam in dialogum introduxit Sophocles φιλόμηρος, quod vidimus, CEd. R. 58. Adde Inachi Fragm. apud Stob. T. 46. 13. ἐκ κάρτα βαιῶν γνωτός ἂν γένοιτ' ἀνήρ. ubi male Grotius γνωστός. In CEd. R. 361. γνωτόν, contra librorum omnium fidem, edidit Elmsleius, quod hanc formam unice Atticam esse credebat. Assentit Dobræus Advers. T. II. p. 32. Idem tamen Elmsleius ad Eurip. Heracl. 436. in scriptura ξυγνωστόα hærens, priore sententia mutata, utramque formam apud veteres in usu fuisse statuere videtur, notatque eodem modo fortasse dirimendam Grammaticorum litem de κλαυτός et κλαυστός. Hermannus ad CEd. R. l. c. retento γνωστόν, (contra Elmsleium) hæc ibi annotavit: "Recte libri γνωστός, quod non forma tantum, sed etiam significatu a γνωτός differt. Γνωτός enim *notum*, γνωστός *eum, qui potest nosci*, significat. Unde εὐγνωστός et δύσγνωστός dicuntur." Vide et ad CEd. Col. 1362. Quæ distinctio etiamsi vera esset, vel exinde, opinor, sequeretur, γνωστόν in Sophoclis loco stare non posse. Sensus clausulæ plane est is: *non ita, ut cognitum dicere queam*, Angl. *not so as to say of my own knowledge*, vel *not so as to speak as though I took your meaning*. Schol. ad l. οὐχὶ ξυνῆκα οὕτως, ὥστε εἰπεῖν ἐγνωσμένον ὁ ἐνόησα. Et tota responsio tantundem valet, ac si οὐδαμῶς simpliciter CEdipus dixisset. Si vero Hermanno auscultemus, sensus erit Angl. *not so as to make myself intelligible to you*. Quale

responsum præ altero nive frigidius fuerit, nec ab Œdipo, de Tiresiæ obscuritate conquerente, expectandum, immo et, me saltem iudice, imbecillum, fatuum, atque insulsum. Plena sententia est: οὐχὶ ξυνῆκα, ὥστε γ' εἰπεῖν ἔχοντα ἐκ σοῦ γνωτόν. Cf. ejusdem fabulæ v. 396. ἦν οὐτ' ἀπ' οἰωνῶν σὺ προῦφάνης ἔχων, | οὐτ' ἐκ θεῶν του γνωτόν. Ceterum notandum, Elmsleii correctione admissa, duo tantum superesse exempla Sophoclea, in quibus forma recentior apparet. Unum est Aj. 704. ἀναξ' Ἀπόλλων | ὁ Δάλιος, εὐγνωστος, | ἐμοὶ ξυνείης διὰ πάντος εὐφρων. Ita libri omnes, tum scripti, tum cusi. Sed εὐγνωστος rescribendum suadet etiam Zonaræ codex: Εὐγνωστος. φανερός. Quæ glossa ex Scholiasta ad Ajacis locum plane derivata est. Alterum præbet Creusæ Fragm. apud Stob. T. 12. 4. συγγνωστόν εἰπεῖν ἐστι καὶ τὸ μὴ καλόν. ubi si quis in loco solitario Sophocleo formam recentiorem retinuerit, is sane suo, per me licet, fruatur iudicio. Equidem συγγνωτόν legerim. Nempe, dum inter γνωτός et γνωστός lata via distinguit Hermannus, oblitus fuisse videtur Vir πολυμαθέστατος adjectivorum verbalium passivorum, duplicis potentiae, in τος; qualia sunt ἄβρωτος, inesus, et non esculentus, ἄτρωτος, invulneratus, et invulnerabilis, ἀνάλωτος, inexerpugnatus, et inexerpugnabilis, ἀρρήτος, indictus, et ineffabilis, ἀτελεύτητος, infectus, et qui finire non potest, ἀθέατος, ἀόρατος, invisus, et invisibilis, et id genus alia; quorum pars etiam priorem significationem amisere, velut περατός i. q. περάσιμος, permeabilis, δυστήρητος, servatu difficilis, αἰτητός, petendus, &c. Quidni igitur antiqui dixerint γνωτός, notus, et noscendus, ἄγνωτος, ignotus, et qui cognosci nequit, εὐγνωστος, bene cognitus, et cognitu facilis, συγγνωτός, condonatus, et ignoscendus, et sic deinceps? Cf. Cattier. Gazoph. Gr. p. 18. Quamvis autem Sophocli, itemque Æschylo, recentiorem terminationem eximendam putem, longe tamen aliter de Euripide statuerim, scriptore sane gravitatis antiquæ parum studioso, quique verbis (ut cum Porsono loquar) e medio sumtis perpetuo utitur, ut ad humile et abjectum dicendi genus propius nonnunquam accedat. Is enim in dialogo terminationem recentiorem unice amat. In choricis Euripideis nulla exstant loca, ex quibus conjectare liceat, ultra terminationem in hac dramatis parte poeta usus esset. Hactenus de γνωτός ejusque compositis. Jam vero de κλαυτός, antiquo vocabulo, deque compositis ejus ἄκλαυτος, πολύκλαυτος, &c. pauca, pace lectoris, sunt dicenda: in quibus eo minus difficultatis erit, quia has formas Æschylo partim libri, passim vero vindicavit Blomfieldius. Vide Sept. c. Theb. 323. 363. 693. 1067. Pers. 680. 827. Agam. 726. Quo magis miror (ut ad alteram vocem recurram) acutum Editorem formam γνωστός stare passum esse Choeph. l. c. E Sophocle, poeta Ὀμηρικωτάτῳ, nihil minus expungendæ videntur esse formæ recentiores. Favent etiam libri. Vide omnino Elmsleium ad Œd. Col. 1360. et 1708. Her-

mann. ad Antig. 825. 840. 868. Trach. 649. et Elect. 1074. In Euripide ἄκλαυστος passim scribendum censeo, cum nusquam nisi in dialogo reperiatur hæc vox; sed alteram terminationem apud illum in choricis ubique retinendam esse. Sic πολύκλαυτος scriptum videmus Ion. 869. Herc. F. 1427. Iph. A. 787. idque absque ulla lectionis variantia. Unicus locus Euripidis, ubi πολύκλαυστος reperitur, est Iph. A. 784. in loco chorico, ubi, cum trium tantum versuum intervallo altera forma occurrat, πολυκλαύτους reponendum esse nemo, opinor, inficias ibit. In Homero, e quo in Tragicos fluxit vetus terminatio, simplex κλαυτός non reperitur: quod tamen apud Tragicos semel occurrit, nempe Æsch. Sept. c. Theb. 323. ex correctione Blomfieldii. Compositum ἄκλαυτος est Il. X. 386. κείται πὰρ νήεσσι νέκυσ ἄκλαυτος, ἄθαπτος, | Πάτροκλος. Ita Heynius, pro vulgato ἄκλαυστος, auctoritate fretus trium MSS. edd. Ven. Rom. Eustathii, et Pollucis II. 64. neque aliter edidit Wolfius. Quem locum ob oculos habuit Eurip. Hec. 28. κείμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς, ἄλλοτ' ἐν πόντον σάλω, | πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος, | ἄκλαυστος, ἄταφος. Cetera loca Homericæ sunt Od. Δ. 494. Λ. 54. 72. in quibus omnibus ἄκλαυτον habet ed. Rom. Eustathii, probante itidem Wolfio. Præclare igitur Dammius in v. ἄκλαυτος: "Recentiores dixere ἄκλαυστος, quam formam etiam Homero obtrudunt quædam exemplaria, contra usum Ionicum et antiquum." Sic καυτός potius, quam καυστός, veteres Græcos dixisse, suadet Herodoteum ἐπίκαυτος VII. 71. et 74. ubi ἀκόντια ἐπίκαυτα (*staves in fieri warm'd* Spenser. F. Q. II. 9. 13.) eadem ratione dixit vetus historiographus, qua καυστόν μοχλόν, *vectem ustulatum*, sive *præustum*, Euripides Cycl. 629. Singulare est illud Triclinii ad Soph. Elect. 1085. (1074.) ἀλλὰ καὶ πάγκλαυτον. (sc. χρῆ γράφειν) οὕτω γὰρ οἱ Ἀττικοὶ τὰ τοιαῦτα γράφουσιν, ἐκβάλλοντες τὸ σ, ὥσπερ καὶ τὸ εὐκτίμενον παρ' Ὀμήρω. Nam si Attica sit hæc figura, quid de Homericis dicendum erit ante Atticam dialectum natam formis effectis? Et nescio annon Elmsleio fraudi fuerit hic Triclinii locus, cum γνωστός, et κλαυστός, cum compositis, e scena Attica ablegatum ierit. Vide et Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 430. Quod autem me maxime omnium torquet, illud est, quod Blomfieldius, postquam κλαυτός, ἄκλαυτος, πάγκλαυτος, πολύκλαυτος, &c. apud Æschylum unice scribenda esse docuerat, ad Pers. 403. annotavit, antiquos dicere γνωστός, κλαυστός, ἡμικαυστός, recentiores sigma omittere. Quæ si vera sint, ipse (nisi me fallit animus, et parum prospiciunt oculi) sua vineta cædit, et κλαυστός, ἄκλαυστος, &c. Æschylo protinus restituendum est. In quo tamen, opinor, nemo, perpensis locis Homericis, facile acquiescet. Etiam κέλευμα, quod delicatioris ævi fuisse pronuntiat Blomfieldius l. c. exhibent probi nonnulli codices Herod. IV. 141. et VII. 16. notante Schweighæusero. Exhibent etiam Æschyli edd. Ald. Robert. Turneb. Choeph. 739. eaque

forma usus est Sophron, scriptor Doricus, veterisque et asperioris dialecti, apud Athen. III. p. 87. A. et Etymol. Mag. in v. Κέλευμα. παρακέλευμα etiam exhibet ed. Ald. Eurip. Suppl. 1165. quod in loco chorico fortasse tolerandum est. Atque hæc de vocabulis antiquis γνωτός et κλαντός, deque eorum compositis, satis superque dicta sunt. Ter obiter corrigendus est Hesychius. Prior locus est: Κλαντάν. ποιὰν φωνήν. Lege: Κλανσιᾶν. ποιεῖν φωνήν. Etiam Heinsius Κλανσιᾶν; et ποιεῖν φωνήν dixit Lexicographus, ut ποιεῖν ψόφον, de tegula, Thucyd. III. 22. Vide Schol. ad Aristoph. Plut. 1097, 1099. Eustath. ad Od. Φ. p. 748. 6. Bas. et Suid. in Κλανσιᾶν. Alter locus est: Ἄγνωστος. μὴ πειθόμενος. Lege: μὴ πυθόμενος. Respexit activam vocabuli significationem. Lucian. in Alcyone init. κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην, ἄγνωστον οὖσαν, καὶ ἄπιστον, καὶ ἀόρατον. *ignoram*. Tertius est: Παλιγνώστος. παλίγνωστον. ubi legendum, ni fallor: Παλιγνώστος. παλίγνωστος. *recognoscens*. Cf. omnino Cattier. Gazoph. Gr. l. c. Monk. ad Eurip. Alc. 174. Ceterum (quod in nota prætermiseram) cum toto loco Hermesianacteo conferendus est Theocr. Id. I. 103. Δάφνις κείν' Ἀφίδα κακὸν ἔσσειται ἄλγος ἔρωτος. ubi κήν scribendum, ut κήγων, κήδωκε, κήκ, κήμαυτὸν, κήπει, &c. passim apud Theocritum. Idem Id. XV. 8. ὁ τριφίλατος Ἄδωνις, ὃ κήν Ἀχέροντι φιλεῖται. ubi ὃ est relativum epicum, (vide Gregor. p. 327.) ut in ὃ σφιν εὐφρονέων, et ὃ σφῶι προῖει, Il. A. 73. 336. uti recte scribit Aristarchus. Sic et 388. ἠπειλήσεν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστί. Od. A. 47. Φῶς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι. Vide Thiersch. Gr. Gr. §. CCVI. 21, 22. et §. CCLXXXIV. 15. Matthiæ Gr. Gr. 291.

V. 21. φημί, ἀξιωματικῶς dictum, *aio, inquam, confirmo, assevero*. Vide infra v. 61. Hesiod. Op. et D. 654. ἔνθα με φημί | ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα. Pind. Pyth. IV. 24. φαμί γὰρ τᾶσδ' ἀλιπλάγ- | κτου ποτὲ γὰς, Ἐπάφοιο κόραν | Φαστέων ῥίζαν φυτεύ- | σεσθαι μελησίμβροτον. Id. ibid. 180. φαμί διδασκαλίαν | Χείρωνος οἴσειν. Simon. Fragm. XLII. φημί Γέλων', Ἰέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον | παῖδας Δεινομένους τὸν τρίποδ' ἀνθέμεναι, κ. τ. λ. Id. Fragm. CIII. Φημι τον οὐκ ἐθέλοντα φέρειν τέττιγος ἄεθλον | τῷ Πανοπηϊάδῃ δώσειν μέγα δεῖπνον Ἐπειῶ. Sic Ennius apud Cic. Divin. II. 116. *Aio te, Æacida, Romanos vincere posse*.

V. 22. Ἡσιόδον. Hesiodi quæ supersunt, edidit Gaisfordius in Poet. Min. Gr.

Ibid. ἤρανον. Vide supra ad v. 16.

V. 24. ὄγε, (nam sic conjuncte scribendum) *hic*, ex ὁ compositum, pronomine demonstrativo, et γε particula. Hesychius: Ὅγε. οὗτός γε. Hom. Il. A. 65. εἴτ' ἄρ' ὄγ' εὐχολῆς ἐπιμέμφεται. Et mox 68. 101. ἦτοι ὄγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἔζετο. Ita recte legitur, quod ad sententiam attinet. Sed unice verum est: ἦτοι ὁ Φῶς Φειπών, κ. τ. λ. Nempe istud

γε in versum infersere scriptores librarii, quo hiatum evitarent. Sic ἄρα **Φιδήσω** recte restituit Blomfieldius Theocr. Id. III. 37. pro corrupto **ἄρα γ' ἰδήσω**. Vide Thiersch. Gr. Gr. §. CLXIII. 1. a.

Ibid. Ἑοίην, *Eæam*. Vide supra ad v. 1.

Ibid. μνάομαι, *ambio, uxorem peto*. Hom. Od. A. 248. II. 125. τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται, τρύχουσι δὲ Φοῖκον. Photius: μνώμενος: μνηστευόμενος. Cf. supra ad v. 17.

V. 25. ἀνεγράψατο, *sibi in acta retulit, in corpus rededit, conscripsit, perscripsit, composuit*. Confer Athen. XV. p. 672. A. ἐγὼ δ' ἐντυχῶν τῷ Μηνοδότῳ τοῦ Σαμίου συγγράμματι, ὅπερ ἐπιγράφεται τῶν κατὰ τὸν Σάμον ἐνδόξων Ἀναγραφῆ. Id. I. p. 5. A. ὅτι δειπνῶν ἀναγραφὰς πεποιήνται ἄλλοι τε καὶ Τιμαρχίδης ὁ Ῥόδιος δι' ἔπων ἐν ἑνδεκα βιβλίοις ἢ πλείοσι. Vide Porson. *Tracts* p. 247.

V. 26. ἀπαρχόμενος, *auspicatus, inchoans*. Vet. Gloss. Ἀπάρχεται. Auspicatur, Delibat, Libat.

V. 28. μουσοπόλος, *qui circa Musas versatur, Musarum famulus, poeta*. Eurip. Alc. 457. πολλά σε μουσοπόλοι μέλ- | ψουσι καθ' ἐπτάτονόν τ' ὀρείαν | χέλυον, ἐν τ' ἀλύροις κλέοντες ὕμνοις. Telestes Athen. XIV. p. 617. A. μουσοπόλων σοφᾶς ἐπίφθονον βροτοῖς τέχνας ὄνειδος. Adjective μουσοπόλον στοναχὰν dixit Eurip. Phœn. 1514. ubi μουσοπόλων mavult Valckenærius, collato Alcestis loco, notatque poetas vocari αἰδοπόλους, ὕμνοπόλους, et μουσοπόλους. Tullius Laurea Anth. Gr. III. p. 404. Brod. τὰν Μιτυληναίαν ἔννεπ' αἰδοπόλον. Leonidas ibid. p. 405. παρθενικὴν νεαιοδὸν ἐν ὕμνοπόλοισι μέλισσαν | Ἥρινον, Μουσῶν ἄνθεα δρεπτομένην. Hesychius: Μουσοπόλος. ποιητής. Ad rem Miltonus, *Sonnets* I. *Whether the Muse, or Love call thee his mate, | both them I serve, and of their train am I*.

V. 29. λεπτός, *tenuis, hic vero cuius solum tenue est, λεπτόγαιος, λεπτόγειος, λεπτόγειος*. Cf. omnino Hom. Od. Δ. 605. I. 27. K. 417. 463. Λ. 480. N. 242. Hesychius: Λεπτόγειον. (Phot. et Suid. cum Hesychii MS. Schow. Λεπτόγαια: Albert. conjicit Λεπτόγειος) κακὸς ἄγρος. ἢ λεπτὴ γῆ, καὶ μὴ λιπαρά. Idem: Λεπτὴ. ἀσθενής, ἰσχνή, λεπτή. ubi delendum λεπτή finale, ob proxime sequentem glossam, quæ et ipsa ad hunc modum corrupte legitur: Λεπτήναυτον. (MS. Schow. Λεπτὴν, αὐτὸν) σινδῶν. λεπτή. στενή. ἢ ἀκριβής. Pro Λεπτήναυτον autem Tourpius Λεπτήνητος legit, collata glossa Hesychiana, Λεπτόμιτον φάρος, λεπτὸν ἰμάτιον. Saltem λεπτόνητος debuit. Sed altius, opinor, radices egit corruptela. Legendum, ni fallor: Λεπτόνητος ὕμνην. σινδῶν λεπτή, ἢ στενή, ἢ ἀκριβής. Λεπτόνητος, ut videtur, errore scribarum ob dictationem properatam, in Λεπτήνος degeneravit, et inde extra ordinem literarum de suo loco motum est, in Λεπτήνα protinus corruptum, **OC** in a coalescente. Ex ντον autem, quod superest, ὕμνην eruendum esse

nullus dubito. Hesychius: Ὑμένιον. λεπτόν. Idem: Ὑμέναιος. ἐπί-
πλους. καὶ τὸ διαφανές. Lege: Ὑμένειον. Allusionem autem in ultimis
explanabit Suidas in Διαφανῆ χιτῶνια, Pollux VII. 17. qui διαφανὲς ἔν-
δυμα ibi dixit. Confer Tibull. II. 3. 57. *Illa gerat vestes tenues, quas
femina Coa | texuit, auratas disposuitque vias.* Idem Hesychius: Ὑμε-
νώδες. λεπτόν, ἀεροειδές. Idem: Ὑμι. εἶδος ἐνδύματος. Lege: Ὑμήν.
Etymol. Mag. Ὑμενώδες, λεπτότατον καὶ οἶον εἰπεῖν ἀερώδες. (ita etiam
huc usque Photius) ὁ δὲ ὕμήν, ὑφήν (vox est Lexicis adjicienda) τις ἐστίν.
ἢ ὕφασμα εἶναι λεπτόν ὑμένα. Etymol. Gud. Ὑμήν, ὑφήν τις ἐστι, ἀπὸ
τοῦ ὡς ὕφασμα εἶναι, λεπτόν ὄντα. Suidas: Ὑμήν, ὑμένος. τὸ λεπτό-
τατον δέρμα. Ὑμήν de aranei tela usurpavit Diosc. II. 68. Respexit
autem Hesychius Eubulum, vel potius Philippum, Athen. XIII. p. 568. F.
ἐν λεπτοπήνοισ ὑμέσιν ἐστῶσας. ubi ὕφειν habet Porsonus *Tracts* p.
243. prout edidit Dindorfius. Quæ tamen emendatio vide annon Por-
soni juvenis fuerit, cum, collatis Etymologis Magno et Gudiano, ὑφέσιν
pro glossa habendam esse facile quis crediderit, etiamsi ex codice quo-
dam manuscripto profluxisset. Eadem verba habet Eubulus Panny-
chide Athen. ibid. p. 568. E. ubi ὑμέσιν in ὑφέσιν itidem mutavit Din-
dorfius. Utroque in loco λεπτονήτοις est lectio Aldi; quam meram
glossam esse vel illud indicare videtur, quod in posteriore λεπτοπήνοισ,
altero superscripto, habet MS. C. apud Dindorfium. Quanquam non
deerint forsan, qui in loco Hesychii, de quo agitur, legendum omnino
(fere cum Toupio) esse autument: Λεπτόνητος σινδών. λεπτή, ἢ στενή,
ἢ ἀκριβής. Sed alterum corrigendi modum, ob rationes redditas, præ-
tulerim. Quod vero inserui ἢ, ante στενή, illud quidem facile ob ho-
mœoteleuton exciderit.

Ibid. ἀνετείνετο, usu insolenti, *tendebat, contendebat, iter suscepit.*
Sic Cic. Attic. XVI. 5. *Dubito, an Venusiam tendam, et ibi exspectem.*
Virg. Æn. II. 29. *Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles.*
Quem locum imitatus est Ovid. Heroid. Ep. I. 35. *Illic Æacides, illic
tendebat Ulysses.* Nep. Cim. 3. *Contendere Lacedæmonem.*

V. 30. πινυτός, *cordatus, prudens*, a πινύσκω, *doceo, edoceo*, quod ab
obsoleto πνύω (fuit autem i. q. πινέω) descendit, unde præteritum par-
ticipii πεπνυμένος, *cordatus, catus, prudens*, apud Homerum passim. Vide
Blomfield. Glossar. in Æsch. Pers. 835. Hom. Od. Λ. 445. *λίην γὰρ
πινυτή τε, καὶ εὖ φρεσὶ μῆδεα Φοῖδε, | κούρη Ἰκαρίοιο, περίφρων Πηνελό-
πεια.* ubi notat Eustathius: ὁ δὲ ἔπαινός ἐστι σῶφρονος γυναικός. He-
sychius: Πινυτός. σῶφρων, συνετός. Idem: Πινυτόφρων. σῶφρονέστατος,
συνετώτατος. Ad Homeri locum convenit illud Hesychii: Περίφρων.
σῶφρονέστατος, ἢ περισσῶς φρονῶν, συνετώτατος.

Ibid. εἵνεκα (poeticum) pro ἔνεκα minus recte appellat H. Stephanus
in Lexico, et post eum Maittair. Gr. Ling. Dial. p. 328. A. Est enim

Ionicum purum putum. Herod. VIII. 112. *καί τοι Καρυστίοισί γε οὐδὲν, τούτου εἵνεκα, τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο.* Plura exempla sup-
 peditabit Schweighæuseri Lex. Herod. in v. Vide et Gregor. p. 452.
 Thiersch. Gr. Gr. §. CCLXI. 7. Atticis poetis abjudicarunt Musgrav.
 ad Eurip. Androm. 408. Blomfield. ad Æsch. Prom. V. 353. et ad
 Matthiæ Gr. Gr. 26. Apud Pindarum, Doricum poetam, non com-
 paret. Habet tamen Theocr. Id. XXVIII. 12. *δὲς γὰρ ματέρες ἀρνῶν
 μαλακῶς ἐν βοτάνῃ πόκως | πέξαιντ' αὐτοφρεῖ, Θεουγενίδος γ' εἵνεκ' εὐ-
 σφύρω.* Sed recte, opinor, Brunckius *ἐνεκ'* (*ἐνεκ'* cod. Vat.) ex edd.
 Flor. et Ald. restituit. (Conferri possunt illa Hesychii, forte Æolica,
Γλύκκα ἢ γλυκύτης, et Γλυκκόν. γλυκύ.) Forma autem *εἵνεκα*, inter alios
 Ionismos, ex Homericis imitatione usi sunt seriorum temporum poetæ,
 v. g. Callim. Hymn. in Del. 151. *μὴ σύγ' ἐμεῖο πάθης κακὸν εἵνεκα.*

V. 31. *εἰσνάομαι*, vox Lexicis adjicienda, *sedem figo in aliquo loco*,
 Angl. *I take up my abode in.* Cf. Hesiod. Op. et D. 637. *νάσσατο δ'
 ἄγχ' Ἐλικῶνος οἰζυρῆ ἐνὶ κώμῃ, | Ἄσκη. sedem collocavit in vico, Angl.
 settled in the village as an inhabitant.* Hesychius: *Νάσσατο. κατώκησεν.*
 Sic ἐν δὲ Κέφ *κατενάσσατο* dixit Apoll. Rhod. II. 520. *νάσσα* aor. 1. act.
 habet Homerus Od. Δ. 174. *καί κέ Φοῖ' Ἀργεῖ νάσσα.* Eustath. ad l. τὸ
 δὲ *νάσσα*, ἀντὶ τοῦ *κατώκισα*. οὐ γὰρ *ναίω μόνον*, ἀλλὰ καὶ *νάω*. Cf.
 Thiersch. Gr. Gr. §. CCXXXII. 95.

V. 32. *ἀπολειπόμενος πατρίδος*, *remotus patria*, quod dixit Ovid. Pont.
 II. 2. 123. Et proprie est Angl. *severing himself from his country*, ut
ἀπολείπεται ὑμῶν, Angl. *is parting from you*, Eurip. Troad. 605. notante
 G. G. Humphry. Xen. Apol. IV. 2. 40. *καὶ οὐκ ἀπελείπετο Σωκράτους,*
εἰ μή τι ἀναγκαῖον εἶη. a Socrate non aberat; Socratem non deserebat.

V. 33. "Ἰκάρου γένος est Penelope: *δῆμος Ἀμύκλον, καὶ Σπάρτη,*
Helena cum Lacedæmoniis. Ἰκαρον vocat, quem Homerus Ἰκάριον. Sic
 alii quoque in hoc nomine variant. Vide Muncker. ad Hygin. F. 130."
 ΡΥΗΝΚΕΝ.

V. 34. *ιδίῳ ἀπτόμενος παθέων*, ad verbum *sua attingens mala*, h. e.
 meditans, in mentem revocans, Angl. *touching upon, harping upon*, ver-
 tente G. G. Humphry. Eurip. Hec. 669. *νέων δὲ πημάτων οὐχ ἄπτε-
 ται.* Usitatius autem *πάθη* dicuntur *ἄπτεσθαι τινος*. Sic Soph. Œd.
 Col. 955. *θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἄπτεται.* Eurip. Alc. 958. *τῆς μὲν
 γὰρ οὐδὲν ἄλγος ἄψεται ποτε.* Id. Med. 53. *χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ
 τὰ δεσποτῶν | κακῶς πιτνοῦντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.* (*καρδίας ἀνθάπ-
 τεσθαι* dixit Idem *ibid.* 1357. Hel. 969.) Neque aliter Latini. Propert.
 III. 7. 68. *Et tu materno tacta dolore Thetis.* Virg. Æn. I. 466. *Sunt
 lacrymæ rerum, et mentem mortalia tangunt.* Ceterum notat Ruhnke-
 nius, hanc sententiam Hermesianactem duxisse ab Homero Il. T. 301.
ὣς ἔφατο κλαίουσ' ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, | Πάτροκλον πρόφασιν,

σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἐκάστη. Conferri potest Grayius nostras, *Ode to Adversity* 15. *What sorrow was thou badst her know, | and, from her own, she learnt to melt at others' woe.*

V. 35. Μίμνερμος. "Mimnermus, Colophonius, Solonis æqualis: poeta mollis, suavis, et Gratiarum alumnus." FABRIC. Ejus Fragmenta edidit Gaisfordius in Poet. Min. Gr. Vide n. 22. fin.

Ibid. πολλὸν ἀνατλάς, h. e. πολύτλας. Hesychius: Πολύτλας. ὁ πολλὰ ὑπομείνας, ἢ κακοπαθήσας, πολλὰ ἀνατλάς, ταλαίπωρος. Photius: Πολύτλας: πολλὰ ὑπομένων. Hesychius: Ἀνάτλας. ὑπομείνας. ὄθεν τλήμων, ὁ πολλὰ παθῶν, ἢ πάσχων. Unicum Homeri locum, in quo occurrit hoc participium, habes in n. 19. Vox autem ἀνάτλημι, sive ἀνατλάω, non exstat. Vide supra ad v. 7. Blomfield. Glossar. ad Æsch. Agam. 695.

V. 36. μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου. "Bis Propertius hunc locum ob oculos habuit, I. 7. 19. *Et frustra cupiet mollem componere versus.* I. 9. 11. *Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.* Mimnermo etiam elegiæ inventionem tribuunt Mar. Victorinus Art. Gramm. III. p. 2555. et alii, quos laudavi ad Callimachi Fragm. p. 439." RYHNKEN. Ad locutionem μαλακοῦ πενταμέτρου confer Ovidii l. c. in n. 20. Similiter μαλθακῆ σὺν αἰοιδῆ dixit Pind. Nem. IX. 116. et μαλθακόφωνοι αἰοῦσαι Isth. II. 14. Ovid. Trist. II. 307. *Nec tamen est facinus molles evolvere versus.* Milton. *Par. L.* I. 550. *To the Dorian mood | of flutes and soft recorders.* Dryden. *The Flower and the Leaf* 359. *And the soft lute trembling beneath the touching hand.* Ad πνεῦμα, in re musica, conferenda sunt sequentia. Eurip. Bacch. 127. ἀδυβόα Φρυγίων | αὐλῶν πνεύματι. Id. Phœn. 799. λωτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπει | μούσαν. Telestes Athen. XIV. p. 617. B. ἡ Φρύγα καλλιπνῶν αὐλῶν ἱερῶν βασιλῆα | Λυδὸν, ὃς ἤρμωσε πρῶτος | Δωρίδος ἀντίπαλον μούσης νομοαἰολον ὀμφῆ | πνεύματος εὔπτερον αὔραν ἀμφιπλέκων καλάμοις. ubi καλάμοισι reponendum est, ut versus sit heroicus, quales sunt vv. 1. 3. Simili errore χηλαῖς, pro χηλαῖσι, exhibet ed. Ald. Eurip. Phœn. 821. Pind. Nem. III. 136. Αἰο- | λίσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν. Sic Πᾶνα μούσαν ἡδύθροον πνέοντα dixit Eurip. Elect. 707. et Μοῖσ' ἀδύπνοος Pind. Ol. XIII. 31. et ἀδύπνῳ φωνῆ Id. Isth. II. 38. et, mixta metaphora, καλλιρούοισι πνοαῖς, sc. τῶν μετ' αὐλοῦ ὕμνων, Id. Ol. VI. 143. Cf. et Horat. Od. III. 19. 18. *Cur Berecynthia | cessant flamina tibiæ?* Adde Art. Poet. 205. Nemesian. Ecl. I. 16. *Nuper nam carmine victor | risisti calamos et dissona flamina Mopsi.* Phædr. V. 7. 14. *Desiderari cæpit, (tibicen) cujus flatibus | solebat excitari saltantis vigor.* Et notandum ex Latino flatus fluxisse Italicum flauto, Francogallicum flûte, Anglicum flute. Rowius nostras, *The Fair Penitent* II. 1. *Let there be music, let the master touch | the sprightly string, and softly-breathing flute.* Meta-

phora autem a leniter spirantibus ventis, a Zephyris præcipue, ducta est, tralatione elegantissima. Quam tamen ignoravit Homerus, qui ἀνέμον et Ζεφύρου πνοῆ proprie dixit Od. Z. 20. Δ. 402. K. 25. et alibi. Sic πνοαῖσι Ζεφύρου habet Eurip. Iph. T. 435. ἀνέμων ἠδὲ πνόους αὔρας Med. 834. πνεύματ' ἀνέμων Herc. Fur. 102. πνεῦμ' ἀνέμων Andromedæ Fragm. XIX. 4. εὐαεῖς ἀνέμων πνοῦς Hel. 1521. πνεῦμα καθαρὸν οὐρανοῦ ibid. 873. et πνέουσιν αὔραι Elect. 1147. Ex eodem fonte derivatum est nostrum *air*, ut in illo Shakspearii, *Tempest* I. 2. *This music crept by me upon the waters, | allaying both their fury, and my passion, | with its sweet air.* Utramque notionem egregie copulavit Eurip. Phœn. 217. ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων | Σικελίας Ζεφύρου πνοαῖς | ἰππεύσαντος, ἐν οὐρανῷ | κάλλιστον κελάδημα. Achill. Tat. V. p. 315. Salmas. λιγυρῶς δὲ συρίζει περὶ τοὺς κάλους καὶ τὸ πνεῦμα. ἐμοὶ μὲν ἡμεναῖον ἄγειν (lege ἄδειν, cum Schæfero) δοκεῖ τὰ τῶν ἀνέμων αὐλήματα. Shakspearus, *The Twelfth Night* init. *That strain again: It had a dying fall; | O! it came o'er my ear like the sweet South, | that breathes upon a bank of violets.* Feliciter Shelleyus nostras: *A lute, on whose harmonious strings | the breath of heav'n did wander.* Qui tamen lyram, quam vocant, Æolicam ob oculos habuisse videtur. Verba tantum memini, non locum.

Ibid. πενταμέτρον. Scholiasta ad Hephæst. p. 186. Gaisford. Τὸ δὲ ἐλεγεῖον μέτρον, τινὲς μὲν πεντάμετρον αὐτὸ φασιν εἶναι. Diomed. III. p. 502. Putsch. de Elego pentametro: *Elegum metrum binis versibus constat, hexametro heroico, subjuncto quinario.* De ejus inventore sic Marius Victor. III. p. 2555. Putsch. *Considerantibus nobis, quot ex dactylico Heroo, per singulos prototyporum Canones, metrorum species procreantur, manifesta ratione reperio primam ejus veluti sobolem a pentametro versu cæpisse: unde consequenti ratione initium suscepti operis ab eodem ordinemus, quod metrum τεσσαρεσκαίδεκάσύλλαβον Σαπφικὸν et Αἰολικὸν dicitur; quod invenisse fertur Callinous Ephesius. Alii vero Archilochum ejus auctorem tradiderunt: quidam Colophonium quendam: super quorum opinione apud Grammaticos magna dissensio est.* ubi, pro Callinous, manifesto legendum Callinus. Qui vero Colophonius quidam audit Victorino, Mimnermus est.

V. 37. καίετο, ardebat. Sic Virg. Ecl. II. 1. *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.* Horat. Od. III. 9. 5. *Donec non aliam magis | arsisti.* Ita Bentleius, pro vulgato *alia*. Sed nil mutandum esse suadet locus Od. II. 4. 7. *Arsit Atrides medio in triumpho | virgine rapta.* Plenius, cum præpositione, Ovid. Metam. VIII. 50. *Merito Deus arsit in illa.* Id. Amor. I. 9. 33. *Ardet in abducta Briseide mæstus Achilles.*

Ibid. σκολιός, curvus, aduncus, et hic quadrare videtur cum Theocritico περὶ χεῖλος ἐλκτός, circa labrum inflexus, ut ad tibiæ ligulam per-

tineat. Vide n. 23. Virg. *Æn.* XI. 737. *Ubi curva choros indixit tibia Bacchi.* Ovid. *Fast.* IV. 189. *Sed me sonus æris acuti | terret, et horrendo lotos adunca sono.* Tibull. II. 1. 86. *Nam turba jocosa | obstrepit, et Phrygio tibia curva sono.* Stat. *Theb.* VI. 120. *Cum signum luctus cornu grave mugit adunco | tibia, cui teneros suetum producere manes | lege Phrygum mæsta.* Quibus in locis similiter exponenda sunt epitheta. Ne quis tamen putet de ipsa tibia intelligenda esse, et ad Pollucem provocet, qui αὐλὸς πολυκαμπῆς (Stephano *Multos habens flexus, Flexuosus*) dixerit IV. 9. is sciat de modulationis inflexu Pollucem loqui, non de forma tibiæ. Idem *ibid.* καὶ Φρῦνιν δὲ, τὸν Κάβωνος, μέλεσι πολυκαμπέσι, τοῖς ὑπὸ τῶν κωμωδῶν δυσκολοκάμπτοις κληθείσι, κεχρησθαι λέγουσι. Hesychius: Κάμπτειν. τὸ ἐν τῇ φῶδῃ καμπὰς ποιεῖν. Sic tibiæ modulate canentes dixit Cic. *Nat. Deor.* II. 8. Cf. Kuster. ad Aristoph. *Nub.* 966, 967. Nam tibiae rectas fuisse, tum ex materia patet, ex qua sæpius sunt factæ, v. g. ex arundine, ex lauro, ex buxo, ex cruribus gruum, cervorum, asinorum, tum etiam ex Latino nomine, quod proprie os cruris exterius significat, exinde, a similitudine, de musico instrumento usurpatum.

Ibid. λωτὸς, lotos, arbor in ea parte Africæ nascens, quæ vergit ad Italos, magnitudine piri, incisuris tamen foliorum crebrioribus, ita ut ilicis esse videantur. Lignum ejus colore nigro est: cariem vetustatemque non sentit: ad tiliarum cantus expetitur: e radice vero cultellis capuli fiebant. Vide Plin. XIII. 17. Ensium vaginas ex hoc ligno factas esse patet ex Theocr. *Id.* XXIV. 45. Sæpius autem ponitur pro tibia. Sic quæ Λιβύς λωτὸς audit Eurip. *Hel.* 169. *Iph. A.* 1036. *Troad.* 544. eadem Λιβύς αὐλὸς vocatur Alc. 356. (ubi vide Monkium) *Herc. F.* 685. Porro *Phrygiam loton* meminit Sil. XI. 432. Φρυγίων αὐλῶν autem Eurip. *Iph. A.* 577. *Bacch.* 128. Meleager *Anth. Gr.* III. p. 326. *Brod.* οὐ γάμον, ἀλλ' Ἄϊδην, ἐπινυμφίδιον Κλεαρίστη | δέξατο, παρθενίης ἄμματα λυομένη. | Ἄρτι γὰρ ἐσπερίοιο νύμφης ἐπὶ δικλίσιν ἤχουν | λωτοί, καὶ θαλάμων ἐπλαταγεῦντο θύραι. ubi in primo versu respexit Epigrammatista Eurip. *Androm.* 103. Ἰλίῳ αἰπεινῆ Πάρις οὐ γάμον, ἀλλὰ τιν' ἄταν | ἠγάγετ' ἐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέαν: in tertio, an in ἐσπερίον, an in ἐσπερίοι mutari debeat, H. Stephano dubium est. Verum fortasse est ἐσπερινοί. Philippus *Anth. Gr.* *ibid.* p. 327. ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππίδος ἠδὺς ἐπηχεῖ | λῶτος, καὶ γαμκοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις. Hesychius: Λωτός. τράγημά τι. καὶ αὐλός. καὶ δένδρον. καὶ πόαν· κυρίως δὲ, τὸ ἐν ταῖς λιβάσι (recte Vossius ἐν τοῖς Λιβύσι) φυόμενον. καὶ πᾶν ἄνθος. ubi καὶ πόαν sive serius intrusum est, sive ex καὶ πᾶν sequentibus exortum, ideoque ejiciendum, seu post *φυόμενον* (si modo πόα legas, cum Fabro) inserendum. Idem: Λώτινος αὐλός. ἐκ λωτίου ξύλου. Idem: Λωτίνας ἀηδόνας. τοὺς αὐλοῦς. (Vide et in v. Ἀηδόνα) Idem, ci-

Ibid. “θήκαθ' ὑπὸ, (sive rectius accentu ob anastrophe retracto) pro ὑπεθήκατο, *supposuit, finxit, desiderium et amorem ipsis inesse agnis.*” SCHWEIGHÆUSER. Immo recte ὑπὸ, (namque post casum tantum retrahitur accentus) ut Hom. Il. M. 195. ὄφρ' οἱ τοὺς ἐνάριζον ἀπ' (non ἄπ') ἔντεα μαρμαίροντα. ὑπεθήκατο autem veritas licet *suggessit.* Hom. Od. Δ. 163. ὄφρα Φοῖ ἢ τι Φέπος ὑποθήσεται, ἢέ τι Φέργον. Activa voce utitur Pindarus Ol. I. 30. νόον ὑπὸ γλυκυτά- | ταις ἔθηκε φροντίσιν. h. e. inversa constructione, νόῳ γλυκυτάτας ὑπέθηκε φροντίδας. Obiter notandum, ex loco Pindarico fluxisse Euripideum γλυκεῖα φροντίς Med. 1032.

Ibid. προγόνοις, primogenitis, Angl. *firstlings.* Vide Hesychii l. c. in n. 43. ubi citasse debueram Hom. Od. I. 221. χωρὶς μὲν πρόγονοι, χω-

ρίς δὲ μέτασσαι, | χωρὶς δ' αὐθ' ἔρσαι. Quem locum et ipse Hesychius citavit.

V. 75. Εὐρύπυλου πολιῆται Κῶοι, *Eurypyli cives Coi*. Hom. Il. B. 677. καὶ Κῶν Εὐρύπυλοιο πόλιν. Schol. ad l. τὴν Κῶν λέγει, ἐπεὶ Εὐρύπυλος ἦν Ἡρακλέους καὶ Χαλκιοῦ παῖς, ὃς ἐβασίλευσε τῇ Κῷ. Propert. IV. 5. 23. *Eurypylique placet Coae textura Minervæ*.

V. 76. χάλκειον θῆκαν, *æneum posuerunt*. Vide n. 44. locisque ibi allatis adde Posidippi Epigr. apud Athen. X. p. 412. E. καὶ περὶ συνθεσίης ἔφαγόν ποτε Μήρονιον βοῦν· | πάτρη γὰρ βρώμην οὐκ ἂν ἔπεσχε Θάσος | Θευγένει. ἄσσα φαγῶν ἔτ' ἐπήτεον· εἶνεκεν οὕτω | χάλκεος ἐστήκω, χεῖρα προῖσχύμενος.

V. 77. θοὴν, *celerem, agilem*. Angl. *nimble, sprightly*. Soph. Trach. 859. ἂ τότε θοᾶν νύμφαν | ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς | τάνδ' Οἰχαλίας αἰχμᾶ. ubi frustra sudat Schol. θοᾶν ἀντὶ τοῦ θοῶς. τινὲς δὲ, τὴν ταχέως νυμφευθεῖσαν.

Ibid. Φιλητᾶν. Philetæ reliquias edidit Bachius. Vide n. 1.

V. 78. περιχευόμενον, *circumfundentem*. Vide n. 45.

Ibid. λαλίην, *loquacitatem, garrulitatem*. Vide n. 45. Totam autem sententiam illustrabit Scholiastæ locus ad Theocr. Id. III. 2. ἀποπειρασόμενος αὐτῆς, δι' ᾧδῶν καὶ λόγων τῶν ἐπὶ τοῦτο συντεινόντων.

V. 79. σκληρὸν βίον, *duram vitam, vitæ institutum durum et asperum*; pro quo (ait Stephanus) Philo dicit τὸν αὐστηρὸν καὶ σκληροδίαυτον βίον. Phrynichus Bekker. p. 62. Σκληροβίοςτος: ὁ σκληρῷ βίῳ καὶ δυσχερεῖ χρώμενος. Ter. Adelph. V. 4. 5. *Nam ego duram vitam, quam vixi usque adhuc*, | *prope jam excursu spatio, mitto*. Opponitur ὑγρὸς βίος. Alexis Athen. VI. p. 258. C. πειρᾶν ἐπιθύμουν θατέρον βίου λαβεῖν, | ὃν πάντες εἰώθασιν ὀνομάζειν ὑγρόν. Crobylus *ibid.* πάλιν ἢ τοῦ βίου | ὑγρότης με τοῦ σοῦ τέθαφε. τὴν ἀσωτίαν | ὑγρότητα γὰρ νῦν προσαγορεύουσιν τινές.

V. 80. σκολιὴν σοφίην, *tortuosam sapientiam*. Hesychius: σκολιά. δυσχερῆ, ἐπικαμπῆ, ἄνισα, δύσκολα. Ernest. Lex. Technol. Gr. Rhet. “Σκολιά ἐνθυμήματα, Sententiæ tortuosæ. His junguntur ut synonyma τὰ πολύπλοκα καὶ δυσεξέλικτα, [Dionys. H. de Thucyd. J. B.] Perplexa et intricata, quorum sensus ægre expeditur oratione.” Sic ἀγκύλα ἐρωτήματα τῶν σοφιστῶν dixit Lucianus. Cic. Acad. IV. 31. *Ut omnes istos aculeos, et tortuosum genus disputandi relinquamus*.

Ibid. μαίόμενοι, *quærentes, indagantes*. Hesychius: Μαίεσθαι. ζητεῖν, ἐρευνᾶν.

V. 81. περὶ πυκνὰ, *circa prudentia*, h. e. in rerum naturis perscrutandis: et subintelligendum βουλευματα, vel νοήματα. Hesychius: Πυκνὰ, συχνὰ, συνετά. Pind. Ol. XIII. 72. Σίσυφον μὲν | πυκνότατον παλάμαις. Fit autem πυκνὸς per contractionem pro πυκινός. Hesychius:

Πυκινόν. συνετόν. Hom. Il. I. 74. ὅς κεν ἀρίστην | βουλήν βουλεύσῃ. μάλα δὲ χρεὼ πάντας Ἀχαΐων | ἐσθλῆς καὶ πυκινῆς.

Ibid. λόγοις ἐσφίγξατο, *ratiocinationibus constrinxit*, dura locutione, cum σφίγγειν λόγους potius diceretur, perinde atque *vincire verba*, et *comprehensione devincire verba*, dixit Cic. Orat. 13. Brut. 37. Est autem *vincire verba*, ita verba et sententias sibi jungere, ut ex pluribus propemodum vel unum verbum, vel una sententia facta videatur. Vide Ernest. Clav. Cic. in *Vincire*.

Ibid. μῆτις, *consilium, solertia, scientia*. Hesychius: Μῆτις. σύνεσις. βουλή. τέχνη. γνώμη.

V. 82. μύθων, *disputationum, dialogorum*. Plat. Phædr. p. 235. Heindorf. καὶ οὕτω δὴ ὁ μῦθος, ὃ τι πάσχειν προσήκει αὐτῷ, τοῦτο πείσεται. *hæc disputatio*, vertente Heindorfio. Id. Theæt. p. 330. Heindorf. τί δὴ οὖν ἡμῖν βούλεται οὗτος ὁ μῦθος, ὃ Θεαίτητε, πρὸς τὰ πρότερα, ἄρα ἐννοεῖς; Id. Phædr. p. 347. Heindorf. παγκάλην λέγεις παρὰ φαύλην παιδίαν, ὃ Σώκρατες, τοῦ ἐν λόγοις δυναμένου παίζειν δικαιοσύνης τε καὶ ἄλλων ὧν λέγεις περὶ μυθολογούντα. Quem ad locum sic Heindorfius: “Μυθολογεῖν h. l. non est *fabulis ludere*, neque hic de discrimine, quod inter μῦθον et λόγον intercedit, cogitandum.” Discriminis, quod plerumque servatur, naturam satis bene illustrabit locus Plat. Gorg. p. 262. Heindorf. ἄκουε δὴ, φασὶ, μάλα καλοῦ λόγον, ὃν σὺ μὲν ἠγήσῃ μῦθον, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐγὼ δὲ λόγον· ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοι λέξω ἢ μέλλω λέγειν.

Ibid. ἀρετῆ, *virtus, vis*. Confert Ruhnkenius Theogn. 900. κνδίστην ἀρετὴν τοῖς συνιεῖσιν ἔχει. (Cf. Pind. Ol. II. 152. φωνᾶντα συνειποῖσιν.) Cic. de Orat. II. 27. *In quo oratoris vis illa divina, virtusque cernitur.*

V. 83. κνδοιμόν, *tumultum*. Hesychius: Κνδοιμός. πόλεμος, θόρυβος, παραχῆ.

V. 84. φαινόμενον, proprie, *se ostendentem, in conspectum prodeuntem*, et hic simpliciter pro ἐλθόντα, *venientem*.

Ibid. ἡνίοχος, *auriga*, de Amore scilicet. Vide n. 51. Conferendus Anacreon Athen. XIII. p. 564. D. ὃ παῖ, παρθένιον βλέπων, | δίζημαί σε, σὺ δ' οὐ κλύεις, | οὐκ εἰδὼς ὅτι τῆς ἐμῆς | ψυχῆς ἡνιοχεύεις. ubi κλύεις, pro vulgato *ἄτεις*, correxerunt Erfurdlius et Buttmanus. Corrigendum est etiam τὴν ἐμὴν ψυχὴν: namque ἡνιοχεύω est verbum transitivum. Incerti Epigr. Anth. Gr. IV. p. 509. Brod. ἄξιός ἐστι πόλιν καὶ τέτρατον ἡνιοχεύειν. Error inde ortum esse videtur, quod in codice quodam scriptum fuit, ex explanatione, ὅτι τῆς ἐμῆς ψυχῆς τὰ ἦνια ἔχεις. Similis est corruptela, quam exhibet Athenæi Epitomes, codex Parisinus, in quo, pro οὐκ εἰδὼς, mendose οὐ γὰρ οἶδας exaratum est. Propert. III. 15. 9. *Nec femina post te | ulla dedit collo dulcia vincla meo*. Cf. et Horat. Od. I. 33. 11. III. 9. 18.

V. 85. *μανίη, furor, vel flagrans amor, quod dixit Horat. Od. I. 25. 13. Soph. Antig. 790. ὁ δ' ἔχων (τὸν ἔρωτα sc.) μέμη'ε. Theocr. Id. XI. 10. ἦρατο δ' οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις, οὐδὲ κικίννοις, | ἀλλ' ὄλοFaīs μανίαις. Mosch. Id. VI. init. ἦρα Παν' Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἦρατο δ' Ἀχῶ | σκιρτητᾶ Σατύρω, Σάτυρος δ' ἐπεμαίνετο Λύδα. Pseudo-Musæus 85. ἄλλοθεν ἄλλος | ἔλκος ὑποκλέπτων ἐπεμήνατο κάλλει κούρης. Virg. Æn. IV. 101. *Ardet amans Dido, trahitque per ossa furorem.**

V. 86. “*ἐλίκων κομψὰ γεωμετρίας, si modo sanum, haud admodum perspicue dictum. τὰ κομψὰ, puto, θεωρήματα intelligi debent. ἔλικας, curvas lineas interpretatus est Gallicus interpres: nos generatim de complicatis figuris accepimus cum Dalecampio, qui totam phrasin sic reddiderat: qui circumvolutos et implexos Geometricarum linearum anfractus adinvenit.*” SCHWEIGHÆUSER. Ad κομψὰ conferendus est Aristoph. Av. 194. qui νόημα κομψὸν dixit, h. e. περιτρανὸν, περιλαδὸν, πιθανὸν, τεχνικὸν, ut exponit Scholiasta. Vide n. 52.

V. 87. *κύκλον, cæli orbem, cæli convexa. Aristoph. Av. 1713. ὁσμὴ δ' ἀνωνόμαστος ἐς βάθος κύκλον | χωρεῖ, καλὸν θέαμα. ad alta cæli convexa. Virg. Æn. VIII. 97. Sol medium cæli conscenderat igneus orbem. Et IV. 451. Tædet cæli convexa tueri. Et II. 250. Vertitur interea cælum. h. e. cæli orbis, κύκλος, collato Ennio apud Macrob. VI. 1. Vertitur interea cælum cum ingentibus signis.*

Ibid. περιβάλλεται, circumjicitur, circumit, cingit, amplectitur, Angl. encompasses, invests. Xen. Cyrop. VI. 3. 30. ὅσῳ μείζον χωρίον περιβάλλονται. Cf. Virg. Æn. VI. 640. Largior hic campos æther et lumine vestit | purpureo. h. e. circumdat, περιβάλλεται, Angl. vests, vertente Drydeno.

V. 88. *σφαῖρα, sphaera, globus; et hic de sphaera, quam dicunt, cælesti intelligendum est. Pseudo-Plato in Axiocho p. 371. τοῦ πόλου ὄντος σφαιροειδοῦς, οὗ τὸ μὲν ἕτερον ἡμισφαίριον θεοὶ ἔλαχον οἱ οὐράνιοι, τὸ δ' ἕτερον οἱ ὑπένερθεν. Cic. Tusc. I. 25. Archimedes lunæ, solis, quinque errantium motus in sphaeram illigavit. Qui tamen locus de sphaera astronomica, quam Anglice dicimus an orrery, potius intelligendus est.*

Ibid. ἀποτασσόμενον, certis in sedibus collocantem, definientem, digredientem. Adverbio ἀποτεταγμένως, definite, terminate, utitur Orig. c. Cels. IV. p. 221. notante Joanne Seagero ad H. Steph. Thes. Gr. Ling. ed. Lond. p. 9064. “ἀπομασσόμενον merito laudavit Ruhnck. Perapta sane sententia, imitando expressit, effinxit.” SCHWEIGHÆUSER. Longe, ut opinor, præstat vulgatum.

V. 89. *ἐχλίηνεν, calefecit, tepfecit. Ovid. Heroid. XI. 26. Nescio quem sensi, corde tepente, deum. h. e. calente ex amore. Claudian. B. Gild. 182. Ut vino calefacta Venus. Notandum autem, antepænultimam in χλιταίνω ancipitem esse, quod notavit Maltbyus. Alexis Athen. IX.*

p. 379. B. ὥστ' ἢ προοπτήσαντα χλιαίνειν πάλιν. Sophoclis Epigr. ibid. XIII. p. 604. F. ὅς με χλιαίνων | γυμνὸν ἐποίησεν.

Ibid. ὃν ἔροχον ἔχρη Ἀπόλλων κ. τ. λ. Laert. Vit. Socratis: ταῦτα δὴ καὶ τοιαῦτα λέγων καὶ πράττων, πρὸς τῆς Πυθίας ἐμαρτυρήθη, Χαιρεφῶντι ἀνελούσης ἐκεῖνο δὴ τὸ περιφερόμενον· Ἀνδρῶν ἀπάντων Σωκράτης σοφώτατος. Schol. ad Aristoph. Nub. 142. δήμου δὲ ἦν ὁ Χαιρεφῶν Σφήττιος. τούτῳ καὶ ἡ Πυθῶ δοκεῖ τὸν περὶ τοῦ Σωκράτους χρησμὸν εἰπεῖν· Σοφὸς Σοφοκλῆς· σοφώτερος δ' Εὐριπίδης· Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος. Pergit Scholiasta: τοῦτον τὸν χρησμὸν ὁμολογῶν (ὁ Δημοχάρης supplet Menagius) ἐν τῇ κατὰ φιλοσόφων ψεύδεσθαι φησι τὴν Πυθίαν· τοὺς γὰρ Πυθικοὺς χρησμοὺς ἐξαμέτρος εἶναι. Sed hæc sive Democharis, sive ignoti scriptoris, protinus refellit Vetus Interpres, adductis nonnullis vel antiquiorum temporum responsis, metro iambico conscriptis, recentiorum autem ejusmodi, sua ætate editorum, mentione de industria missa. τὸ μὲν καὶ ἐπ' ἐμοῦ, ait ille, μέχρι καὶ νῦν κεχρηκέναι τὸν Πύθιον οὕτω, παρήσω λέγειν. Quæ verba Scholiastæ antiquitatem satis luculenter demonstrant. Audiendus Athen. V. p. 218. E. Κάν ἄλλοις δ' ὁ Πλάτων φησὶ Χαιρεφῶντα ἐρωτῆσαι τὴν Πυθίαν εἴ τις εἶη Σωκράτους σοφώτερος· καὶ τὴν ἀνελεῖν, μηδένα. κὰν τούτοις δὲ μὴ συμφωνῶν Ξενοφῶν (Apolog. 14.) φησι “Χαιρεφῶντος γὰρ ποτε ἐπερωτήσαντος ἐν Δελφοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων πολλῶν παρόντων, μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμοῦ μῆτε δικαιότερον μῆτε σωφρονέστερον.” πῶς οὖν εὐλογον ἢ πιθανὸν Σωκράτη τὸν ὁμολογοῦντα μηδὲν ἐπίστασθαι σοφώτατον ἀπάντων ὑπὸ τοῦ πάντα ἐπισταμένου θεοῦ ἀναβῆθῆναι; εἰ γὰρ τοῦτό ἐστι σοφία, τὸ μηδὲν εἰδέναι, τὸ πάντα εἰδέναι φαυλότης ἂν εἶη. Quem locum hodiernorum temporum τοῖς παντολόγοις, quos vocant, lubens propino.

Ibid. χράω, χρώ, oraculum edo. “Sophocles Electr. 35. χρῆ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος, ὧν πεύσει τάχα. Œd. Col. 87. Φοῖβω τε κάμοι μὴ γέννησθ' ἀγνώμονες, “Ὅς μοι, τὰ πόλλ' ἐκεῖν' ὄτ' ἐξέχρη κακὰ, Ταύτην ἔλεξε παύλαν. Apollon. Rhod. I. 301. ἐπεὶ μάλα δεξιὰ Φοῖβος “Ἐχρη.” Ροῖσον. Gloss. ad Œd. Col. l. c. ἐξέχρη. ἐμαντεύετο. Etymol. Mag. Χρῶ, τὸ μαντεύομαι, ὡς τὸ, Τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος χρῆ. ubi Electræ locum, memoriæ vitio, depravavit.

V. 91. Κύπρις μηνίουσα, Venus irata. Cf. Theocr. Id. I. 95. ἦνθέ γε μὰν ἀδεῖα καὶ ἂ Κύπρις γελάουσα, | λάθρια μὲν γελάουσα, βαρὺν δ' ἀνάθυμὸν ἔχοισα. Hesychius: μηνίειν. ὀργίζεσθαι. De pænultima ancipiti vide Maltbyum et Brassium in v.

Ibid. πυρὸς μένει, ignis violentia, h. e. igne. Hom. Ōd. Λ. 219. ἀλλὰ τὰ μὲν τε πυρὸς κρατερόν μένος αἰθομένοιο | δαμνᾷ. Hesychius: Πυρὸς μένος. πῦρ, περιφραστικῶς. ἡγουν, πυρὸς δύναμις. Sic ἀνέμων μένος, pro ἀνεμοί, dixit Hom. Od. E. 478. T. 440. ut Fis ἀνέμου et ποταμοῦ, pro ἀνεμος et ποταμὸς, Il. O. 383. Φ. 356. Eadem ratione κλεινὴν Πολυ-

veikous βίαν, pro τὸν ἐνδοξὸν Πολυνείκην, dixit Eurip. Phœn. 55. (vide Schol. ad l.) Βόλβης ἔλειον δόνακα, pro Βόλβην ἔλειον καὶ δονακῶδη, Æsch. Pers. 500. notante Blomfieldio, *summa orum vi*, pro summa ore, Virg. Æn. IX. 532. ex Ennio apud Macrob. VI. 1. *vis innumerabilis servorum*, pro servi innumerabiles, Cic. Harusp. Resp. 11. *Lentuli somnum, Cassii adipem, Cethegi temeritatem*, pro Lentulum somnolentum, Cassium obesum, Cethegum temerarium, Id. 3 Cat. 7. Sic et Drydenus nostras, de Miltono: *The force of Nature could no further go. h. e. Nature.* Chattertonus nostras, *Battle of Hastings 526. The curlynge force of smoke he sees in vayne. h. e. the curling smoke.* Vide Matthiæ Gr. Gr. 430. 6. Thiersch. Gr. Gr. §. CCCXIV. 6. b.

Ibid. ἐκ δὲ βαθείης ψυχῆς, et ex profundo animo. Æsch. Sept. c. Theb. 590. βαθειαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος. Id. Suppl. 410. δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτηρίου. Quanquam suspicor vertendum potius esse, et ab imo pectore, vel corde. Hom. Il. T. 125. Φῶς φάτο τὸν δ' ἄχος ὅξυ κατὰ φρένα τύψε βαθειαν.

V. 92. κουφοτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας, *leviores sollicitudines egessit.* Xen. Mem. I. 2. 3. τὸ δὲ ὅσα γ' ἠδέως ἡ ψυχή δέχεται, ταῦτα ἱκανῶς ἐκπονεῖν ἐδοκίμαζε. *excoquere.* Ovid. Trist. IV. 3. 37. *Est quædam flere voluptas: | expletur lacrymis egeriturque dolor.* Horat. Epod. XIII. 14. *Levare diris pectora | sollicitudinibus.* Vide n. 55.

V. 93. οἰκί' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος, *in domo Aspasiæ versans, ad Aspasiam ventitans.* Est autem πωλεύμενος Ionicum pro πωλούμενος. Hom. Od. B. 55. οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύμενοι ἡματα πάντα. Et X. 351. ὡς ἐγὼ οὔτι Φεκὼν ἐς σὸν δόμον, οὐδὲ χατίζων, | πωλεύμην. Hesychius: Πωλεῖσθαι. ἐπιμελῶς, τὸ πολλάκις φοιτᾶν. ubi ἐπιμελῶς καὶ π. φ. Taylorus ad Lys. p. 179. notante Albertio. Malim: ἐπιμελῶς τε καὶ π. φ. Idem: Πωλεῖται. συνεχῶς ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον παραγίνεται. Cf. supra ad v. 53. De hujusmodi formis Ionicis, etiam in scena Attica latitantibus, consulendus omnino est Elmsleius ad Eurip. Med. 413. De Socrate et Aspasia vide Plutarch. Vit. Pericl. p. 165. B. Athen. V. p. 219. B. et 220. E. XIII. p. 569. F. 570. A. et 589. D.

Ibid. οὐδέ τι τέκμαρ εὔρε, *neque exitum ullum invenit.* Adumbravit Hermesianax Hom. Od. Δ. 373. ὡς δὴ δῆθ' ἐνὶ νήσῳ ἐρύκεαι, οὐδέ τι τέκμωρ | εὔρέμεναι δύνασαι, μινύθει δέ τοι ἦτορ ἐταίρων. Vide et 466. II. H. 30. ὕστερον αὐτε μαχήσοντ', εἰσόκε τέκμωρ | Φιλίου εὔρωσιν. Cf. Propertii locum allatum in n. 56. Hesychius: Τέκμαρ. πέρασ, τέλος. Idem: Τέκμωρ. τέλος. Homerum in Odyssea imitatus est Miltonus, *Par. L. II. 561. And found no end in wand'ring mazes lost.*

V. 94. λόγων πολλὰς εὔρομενος διόδους, *qui quæstionum multos exitus noverat.* h. e. qui cujusque sermonis, cujusque rationis, aut quæstionis

propositæ, multos exitus reperire potis erat. Est autem *δίodos* i. q. *διέξοδος*. Hesychius: *Διεξόδους. ὅθεν ἐκπορεύονται.*

V. 95. *ἄνδρα Κύρηναῖον δ' κ. τ. λ.* Hunc versum citat Dausqueius ad Sil. Ital. VIII. 57. tanquam exemplum, quo probetur, primam in *Κυρήνη* interdum corripī. Vide omnino Maltbyum in v. qui notat plerumque produci hanc syllabam. Eadem est ratio quantitatis apud Latinos. Vide Facc. et Forc. Lex. in *Cyrene* sub fin.

V. 96. *χλιδανὸς, mollis, delicatus, luxuriosus*, Angl. *soft, delicate, voluptuous*. Hesychius: *Χλιδανή. τρυφή.* Æsch. Pers. 550. *χλιδανῆς ἡβης τέρψιν.* Vide et Eurip. Cycl. l. c. in n. 60. Pseudo-Phocyl. 200. *Ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξίν. delicia, luxus.* Nisi potius de cincinnis delicatis locus intelligendus sit, ut in Soph. Elect. 52. *καρατόμοις χλιδαῖς | στέφαντες.* Vide Suid. in *Χλιδή*. Notandum autem pænultimam in *χλιδή* Pseudo-Phocylidem produxisse, quæ in probæ notæ scriptoribus semper brevis est. Ceterum cum emendatione mea facere videtur Antipatri Sidonii Epigr. Anth. Gr. III. p. 327. Brod. *τὴν καὶ ἅμα χρυσῶ καὶ ἀλουργίδι, καὶ σὺν ἔρωτι | θρυπτομένην, ἀπαλῆς Κυπρίδος ἀβροτέραν, | Λαίδ' ἔχω, πολιῆτιν ἀλιζώνιο Κορίνθου.*

Ibid. *ἡράσατο.* Vide supra ad v. 49.

V. 97. *ὄξυς, acutus, acer.* Thucyd. VIII. 96. *διάφοροι γὰρ πλείστον ὄντες τὸν τρόπον, οἱ μὲν ὄξει, οἱ δὲ βραδεῖς.* Cic. Attic. XII. 38. *Homo acutus magis quam eruditus.* Id. Nat. Deor. II. 6. *Acerrimo ingenio vir.* Hesychius: *Ὀξύς. ταχύς, δριμύς, φρόνιμος.*

Ibid. *ἠνήνατο*, (ab *ἀναίνομαι*) *abnuit, detrectavit, repudiavit*, Angl. *shunned, avoided, eschewed, slighted.* Hom. Il. Σ. 450. *ἐνθ' αὐτὸς μὲν ἔπειτ' ἠνήνατο λοιγὸν ἀμύναι.* ubi male Heynius *ἠναίνετο*. Oppian. Cyneg. III. 375. citante Ruhnkenio: *εἰ δὲ κ' ἀνηναμένη φεύγη φιλοτήσιον εὐνήν.* Hesychius: *Ἠνήνατο. ὑπερηφάνησεν.*

Ibid. *λέσχη*, proprie, *colloquium, confabulatio, sermocinatio*, et inde locus, quo convenientes *confabulantur*, vel *philosophabantur*. Vide n. 62.

V. 98. *φεύγων, οὐδὲ μένων.* Vide nn. 61, 62.

Ibid. *Ἐφύρη*, vetus nomen Corinthi. Vide n. 62. et Steph. Byz. in *Ἐφύρα* et *Κόρινθος*. Agathias Anth. Gr. III. p. 328. Brod. *ἔρων εἰς Ἐφύρην, τάφον ἔδρακον ἀμφικέλευθον | Λαΐδος ἀρχαίης, ὡς τὸ χάραγμα λέγει.* Simonides apud Plutarch. de Herodoti Malign. T. II. p. 872. D. *μέσσοι δ' οἱ τ' Ἐφύραν πολυπίδακα ναιετάοντες, | παντοίης ἀρετῆς ἕδριες ἐν πολέμῳ, | αἱ τε πόλιν Γλαύκοιο Κορίνθιον ἄστν νέμοντες.* Ubi inter Ephoram et Corinthum distinguit Simonides. Nempe in unum coaluere hæ duæ urbes, perinde ac nostræ *London* et *Westminster*. Est Fragm. XX. Propert. II. 6. 1. *Non ita complebant Ephyræ Laidos ædes, | ad cujus jacuit Græcia tota fores.*

Callim. Ep.
α. β.

Ibid. ἐβίω, *vixit*, 2. aor. tanquam a βίωμι. Hom. Il. K. 174. ἡ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαῖοις, ἢ ἐ βιῶναι. Herod. IX. 10. οὐ πολλὸν χρόνον τινὰ βιούς. ἐπεβίωον habet Thucyd. V. 26. ἀνεβίω autem Andocid. de Mysteriis p. 62. Reisk. Vide Matthiæ Gr. Gr. 226. Thiersch. Gr. Gr. §. CCXXXII. 30.

GEORGII BURGESII EPISTOLA CRITICA.

JACOBO BAILEIO GEORGIUS BURGESIUS S.

Enixe tibi petenti, Vir amicissime, ut plagulas tui libelli jam prelo madidas percurrerem, fuissem, mehercule, omnis humanitatis expers, ni, quantum in me esset, satisfacere conarer. Neque id a memetipso impetrare potui, quin dapibus a te undique conquisitis meam quoque symbolam conferrem. Etenim mensam vidi oneratam magis quam ornatam; unde conviva quilibet elegantior abiturus erat, potius id, quod non scripserat Hermesianax, edoctus, quam eo, quod scripsit, delectatus. Notas igitur ad te misi brevissimas, (nam prolixiores usque sum aversatus) plenasque conjecturarum; quia locis plane desperatis unica via salutis pandetur ab artis conjectandi peritis. Hermesianactis fragmentum Critici, sat scio, tractaverunt primarii; quorum vestigia mihi satis erit adorare; sequi etenim non nisi longo post intervallo mihi a natura concessum fuit. Igitur non ægre feram, si forte a scopo, quem illi non poterant attingere, visus ipse fuero deflecti; neque magnopere gloria-bor, fortuna usus feliciori. In his enim studiis sæpe evenit, ut errores aliorum rectam aliis viam commonstrent.

V. 3. Vice ineptiarum ἐπλευσεν δὲ κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον, lege ἐπλευσεν δ' ἀκάκου κατὰ βένθεα χῶρον. Redde ἀκάκου sine ποτα. Sic et in Psalm. David. *Yea, though I walk through the valley of the shadow of Death, I will fear no evil.* Cf. et Horatianum, *Te vidit insons Cerberus*: ubi *insons* est idem atque *innocuus*.

4. Vice ἀκοῆν haud male Lennepius κοινήν, qui poterat advocare Sophocleum τὸν πολύκοινον Ἄιδαν in Aj. 1193. Mihi tamen præplacet νεκύων, propter Homericum νεκύων κατατεθνειώτων, et Sophocleum οἴχεται θανῶν in Phil. 415.

5, 6. Plane inepta sunt μακρὸν ἀῦτεϊ Ῥεῦμα. Fluvius scilicet, Camo similis, inter arundines lente fluens, magnos clamores, torrentis instar, ciere poterat! Lege, quod scripsit, nihil enim aliud poterat scribere, Poeta, μακρὸν ἀωτεϊ—Hesych. Ἄωτεϊς.—κοιμᾶ. Ergo μακρὸν ἀωτεϊ con-cinit cum illo Moschi, εὔδομες εὖ μάλα μακρὸν—ῥπνον.

70 GEORGII BURGESSII EPISTOLA CRITICA.

6. διὲκ μεγάλων ῥυομένης δονάκων. Inepte, ut solet, Hermannus συρομένης. Palus scilicet aquæ modo non stagnantis σύρεσθαι potest! Lege φθειρομένης—De φθείρεσθαι, *vagari*, vid. Brunck. ad Soph. Œd. T. 1502. χέρσους φθαρῆναι. Quod ad μεγάλων δονάκων, etsi epitheton tale stare poterat, prætulerim tamen μαλακῶν, *rotten*.

8. Frustra conatus es tueri παντοίους ope loci Homericæ, cujus ratio est plane diversa. Unice verum est, quod conjecit Valckenær. ἀνταίους—Vide mea in Æsch. Suppl. p. 194. et Blomfield. ad Callimach. H. in Dian. p. 104.

9, 10. Κώκυτον τ' ἀθέμιστον—'Ἡδὲ—Misere se vexant Critici emendando istud ἀθέμιστον. Neque id mirum est. Nemo etenim vidit Poetam scripsisse, Κώκυτον (θαυμαστὸν) ὑπ' ὀφρύσι μειδήσαντα Εἶδε. Ineptit more solito Hermannus insolito suo ἀνέθιστον. *no 1*

13. μεγάλους—ἄνακτας. Mirum profecto dictum hoc de Plutone et Proserpina. Lege "Ἐνθεν ἀοιδιάων λιγέ' οὖς ἀνέπεισεν ἄνακτος. Meum οὖς—ἄνακτος ulnis ambabus amplexus esset Grayius, si superstes esset, uti auguror e suo, *Or Flattery soothe the dull cold ear of Death*. De οὖς sæpe depravato, et præcipue quum sermo fiat de auribus deorum, vide mea ad Eum. 120.

17. In πολυμνήστησιν egregie vidit Blomfieldus μύστησιν latitans. Sed et me male habet istud παρὰ πέζαν. Legere soleo "Ἦτε πάλα μύστησιν Ἐλευσίνοσ περιπλέξαι Εὐασμὸν κρυφίων δεῖξ' ἔφορος λογίων.

19. Verissime Blomfield. Ἐπίον ὀργειῶνα νόμφ—

21. Jure hærent VV. DD. in Βοιωτόν. Emendare debebant Φήμι δὲ Κυμαῖον τὸν—

22. πάσης ἤρανον ἱστορίας. Hoc plane ineptum est; quasi Hesiodus esset historiæ omnis peritus. Legi debet πάσης ἤρανον εὐσπορίας. Respexit Hermesianax ad Hesiodi præcepta agri de colendi, unde uberrius proventus fieri solet, ratione.

23. Probe VV. DD. ἐκόνθ'.

24. Ἠοίην. Lege Ἠσιόνην, quo nomine fuit Promethei uxor, uti patet ex Æsch. Prom. 569.

25, 6. βίβλους, Ὑμνων ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχόμενος. Ista nemini intellecta omnes, quasi facillima essent expeditu, sicco pede prætergressi sunt. Scripsit Hermesianax Ἠοίων πρώτης παιδὸς ἀπ' ἀρχόμενος. Anglice, *Beginning from the damsel, the first of the Ἠοιαί*. De præpositione ita nomini postposita quid verbis opus est?

27. αὐτὸς δ' οὗτος ἀοιδός. Ita jungi nequeunt voces istæ; quasi de Homero dici poterat οὗτος, *iste*. Scripsit Poeta Αὐτὸν δ' οἶδας ἀοιδὸν—Cf. infra 49. Γιγνώσκεῖς. Mox lege λεπτήν δ'—cum MSS. 3.

28. Verissime Ruhnken. Κύδιστον—

31, 32. Plane inter se pugnant ὀλίγην—νήσον et εὐρείης—πατρίδος.

Lege Πολλὸν πετραίης—Fuit Ithaca saxosa, uti patet ex Od. Δ. 605. I. 27. &c.

35. Jure statuit Huschkius Græce dici debere πολλά, minime vero πολλὸν, ἀνατλῆς, uti patet ex Homericō, quod ipse citasti, Od. Π. 205. Inde suspicor Hermesianactem scripsisse Μίμνερος δὲ, τὸν ἠδὺν ὡς εὐρ', ὅτε πόλλ' ἀνία τλη, Ἦχον—

37, 8. Præ conjecturis aliorum vide num meæ sordeant: Καίετο μὲν Ναννοῦς· σκολιῶ δ' ἐπὶ πολλαίκι λωτῶ Κημὸν θεῖς, κοίμασ', ἢ σφ' ἔχε σύχν', ἀνίην. Vero proxime accedebat Weber cum suo ἔκλυσιν εἶχ' ἀνίης.

39. Verbum nauci est Ἦχθεε. Lege Ἔσχεθε—

40. Vice τοιάδ' opportune MS. A. exhibet τ' οἶαν. Ibi latet ποιόνιμ'—Redde *Inimicum exosus, voces remisit ultrices.*

43. Lege, cum Goettlingio, Δαρδανίην δὲ θανούσαν.

44. Feliciter coniecisti Αἴλιον αἰάζων.

51. Intelligere nequeo Καὶ γὰρ τὴν ὁ μέλιχρος ἐφωμίλησ' Ἀνακρείων. Poteram vero intelligere Καὶ χάρτ' ἦν ὁ μέλιχρος, ἐφ' ᾧ μείδησ', Ἀνακρείων Στελλομένη. *Et suaveolens Anacreon, cui arridebat (Sappho), fuit deliciis illi arcessitæ a puellis Lesbii.*

54. Vice οἰνηρὴν δοῦριν quantocius repone ἠγορέη δούρων.

55. Λέσβον ἐς εὐοιον. Cf. Soph. Phil. 548. ἐς τὴν εὐβοτρυν Πεπάρηθον.

57, 8. Ἀθῆς δ' οἶα μέλισσα πολυπρήωνα κολώνην Λεῖπουσ'. Quid sibi velit πολυπρήωνα κολώνην juxta cum ignarissimis nescio. Scio tamen auctorem scripsisse Ἀθῆς δ' οἶα μέλισσ' ἀπ' ἄλης τὸ ρεῦμα Κολωνοῖ Λεῖβουσ'. Anglice, *And as the Attic bee after its wanderings distils its stream at Colonus.* In animo habuit Hermesianax Aristophanis verba, quæ conservavit Sophoclis Vitæ scriptor Anonymus; φησὶν οὖν Ἀριστοφάνης ὅτι κηρὸς ἐπεκαθίζετο τοῖς χεῖλεσιν αὐτοῦ, ἄλλοι δὲ Σοφοκλέους τῷ μέλιτι τὸ στόμα κεχρισμένον—Unde nullo negotio Comici verba posunt erui, ἀλλ' ᾗδὲ μοι τὰ Σοφοκλέους, Οὐ μέλιτι τὸ στόμ' ἦν ὅλον κεχρισμένον, Ὅτε κηρὸς ἐπεκαθίζετ' αὐτοῦ χεῖλεσιν. Ita enim ᾗδὲ μοι τὰ Σοφοκλέους ad amussim conveniunt cum Aristophanico in Δαιταλ. Fr. XVI. Ἦισον δὴ μοι σκολιὸν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος: necnon Ecphantideo Ἐκ Μεγαρικῆς κωμῳδίας ᾗσμ' ᾗδὲ μοι: uti probe emendavi ineptum ᾗσμα δίδειμαι ad Eumen. 710. quod facere non poterant Meinekus ad Menand. p. 382. Bakus in Biblioth. Crit. Nov. T. IV. p. 3. Goettling. ad Aristot. Polit. p. 460. Cum Aristophanicis confer illud Eupolideum Πειθῶ τις ἐπεκαθίζετ' ἐπὶ τοῖς χεῖλεσιν, necnon ignoti fragmentum Comici apud Philostratum p. 884. ed. Olear. ἦ που τις καὶ ἀναφθέγγεται μικρὸν ἐπὶ σοὶ Μουσῶν εὐκόλων ἀνθρώμιον—ubi legi debet manifesto—Μουσῶν ἐκ Κολωνοῦ—unde verba, opinor, Aristophanis eruas Μουσῶν ἀπὸ Κολώνηθεν ὄλον ἀνθρώμιον. Ὁ δὲ παῖς καδίσκου περι-

έλειχε τὸ στόμα. Quod ad ἀπ' ἄλης, rectius fortasse diceretur ἐξ ἄλης, uti patet e notis meis ad Eurip. Troad. 503. βασιλικῶν ἐκ δεμνίων, et Wakefield. Silv. Crit. IV. p. 209. qui poterat emendare Philemonis Erhebi fragmentum legendo Καὶ νύκτα χειμασθέντες, εἴτ' ἐκ τοῦ κακοῦ Σωτηρίας ἐπέτυχον· ἢ τὸ πνεῦμα γὰρ Αὐτοῦς ἔσωζ', ἢ ἔν ἡμέρᾳ φανεῖς λιμήν: necnon fragmentum Cratineum in Δηλιάσιν, "Ἴν' ἐκ σιωπῆς τῆς τέχνης ῥάζωσι τὸν λοιπὸν χρόνον: fuit enim sermo de Pythagoræ discipulis, quibus silentium per quinquennium indicebatur. Quod ad vocem ἄλη sic in pejus mutatam, Wakefieldus eam egregie detexit latentem in ἄλλοισιν, cujus in locum substituit ἄλαισιν in Eumen. 237. Verba Hermesianactis satis bene explicat Horatius, *ego apis Matinae more modoque—per laborem plurimum—carmina fingo.*

59, 60. Ilgenio adjutus et Lennepio, verba Hermesianactis restituere conabor legendo Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ'· ἐγέραυρε Θεωρίδος εἶδος, Ἦν ὅπα Μουσῶν αἰσ' ἔπορεν Σοφοκλεῖ. *Voce Musarum, qua Sors donavit Sophoclem, ille Theoridis formam concelebravit.* Ilgenii est εἶδος.

62. Καὶ πάντων μῖσος. Hæc sunt plane inepta; quæ corrigere poteris legendo τὸν αἰεὶ πεφυλαγμένον ἄνδρα Κύπριν, τὸν μῖσος κτώμενον—Nempe Κύπριν pendet de πεφυλαγμένον. Sæpe sic perfectum passivum activi regimen sibi vindicat.

63, 4. Vice σκολιῶ—τόξον prætulērīm σκοτίοιο. Certe *arcus obliquus* a scopo aberret necesse est. Hinc intelligas Eurip. Augæ Fragm. 13. Dind. et corrigas legendo Ἦι κέρας ὄρθιον ἦν καὶ νευρά. Fuit enim sermo de Diana venatrice. Cum σκοτίοιο—τόξον conferri potest Euripideum in Herc. F. 199. Τυφλοῖς πρόσωθεν οὐτάσας τοξέμασι. Certe Cupidinis sagitta dici potest σκοτία. Is enim, si quis alius, inter tenebras arcum tendere solet.

65, 6. Μακεδονίης πάσας κατένισατο λαύρας Αἰγείων μέθεπεν δ' Ἀρχέλεω ταμίην. Loca tantopere corrupta non Criticum solummodo, sed et Poetam, cum Critico junctum, postulant. Idcirco ipse nullo molimine veram scriptoris manum restituere possum. Lego igitur—Μακεδονίης πάσης κάλ' αἰείσατο λαῦρα, Αὔγης ὄμμαθ' ὄτ' ἦδ' Ἀρχέλεώ τ' ἀνίην. Puella Macedonica, nomine Αὔγη, cujusque in honorem, uti suspicor, scripsit fabulam ὁμώνυμον Euripides, poetam regi videtur prætulisse; atque ita, quæ Archelao fuerat olim gratissima, ingrata maxime facta est. De prosopopœia αἰείσατο λαῦρα cf. Virgilianum *ipsa hæc arbusta vocabant.* Vid. mea ad Soph. Phil. 1122. Archelai quoque in honorem scripsit Euripides fabulam Temenum, uti patet ex Agatharcide apud Phot. Biblioth. p. 444. ed. Bekker.

67. Recepta lectione Aldina Εἰσόκε τοι δαίμων Εὐριπίδῃ—legi debet εὔρεν vice εὔρετ', juxta illud ἐφυγεν κακὸν, εὔρε δ' ὄλεθρον—Anglice *out of the frying-pan into the fire.*

71, 2. Φιλόξενον, οἷα τιναχθεὶς Ὀρυγῆ ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως. Ineptum est, ut nihil supra, istud ὠρυγῆ, et ταύτης—πτόλεως vix et ne vix quidem intelligi potest. E Schol. ad Theocr. XI. 1. patet Philoxenum scripsisse carmen titulo Κύκλωψ; et e Marone novimus Cyclopem esse Ætneum. Inde elucebit veritas conjecturæ meæ, Φιλόξενον, οἷα τιναχθεὶς Κῆρ λέγ', ὅς Αἰτναίης—Ibi λέγ' est ἔλεγε. Redde κῆρ, cor, sensu Homericō. De voce Αἰτναῖος alibi depravata vid. mea in Platon. Hipp. Maj. c. 24. n. 13.

73, 4. Γινώσκεις, αἴτουσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλατείας Ἀυτοῖς μηλείοις θήκαθ' ὑπὸ προγόνους. Verba proxima nequeo intelligere. Nihil hic habet formula notissima αὐτοῖς μηλείοις. Nec priora satis intellexit Ruhnkenius. Vidisset enim alioqui in scriptura corrupta καὶ οὖσα latere emendatam—ἴν' ἔκανσε μέγας πόθος ὃν Γαλατείας Εὐ τοῖς μηλείοις κάτθετ' ἔπη προγόνους. Redde Anglice *You know where a great passion burnt him, who made verses on the firstlings of Galatea's flock.* Ita Shakspearus amatorem depingit, *Sighing like furnace with a woeful ballad Made to his mistress' eyebrow.* Syntaxis est—ἔκανσε (τοῦτον) ὅς—

78. πασαν ῥυόμενον λαλήν. Vice inepti ῥυόμενον lege τριβόμενον, exercitatum. Vid. Lexica in Τρίβων.

81, 2. Parum mihi satisfaciunt περὶ πικρὰ, vel περὶ πυκνὰ, et δεινὴ μύθων κῦδος—sed nihil habeo, quod reponam probabile; idemque dictum puta de φαινόμενον in v. 84.

88. βαιῆ ἐνὶ σφαίρῃ πάιτ' ἀποτασσόμενον. Hæc emendare voluit Ruhnken. legendo ἀπομασσόμενον. Scripsit Hermesianax πάντα τὰδ' εἰσάμενον. Hesych. Ἐεισάμενος. ὁμοιώσας, ex Hom. II. B. 22. II. 720. &c. Redde πάντα τὰδε, hoc universum. De formula πάντα ταῦτα vid. Heindorf. in Platon. Phædon. p. 75. E.

91, 2. Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει. ἐκ δὲ βαθείης Ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας. Hæc, quæ nemo intellexit, omnes emendare conantur. At nulli res prospere successit. Lege Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει· εἶσε βαθείας Ψυχῆς κουφοτέρας ἐξαπίνως ἀνίας. Hesych. Εἶσαι. καῦσαι. Respexit Hermesianax ad Hesiodæum Εἶει ἄτερ δαλοῦ.

93, 4. Lege Οἰκί' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος οὐκ ἔτι τέκμαρ Εὐρ' ὁ λόγων—

96. Vice inepti Ἀπιδανῆς Λαΐδος lege ἠπεδανῆς Λαΐδος. Hesych. Ἐπεδανός. ἠλίθιος. Quod epitheton probe opponitur illi ὀξύς.

Hæc sunt, quæ nostra liceat te voce monere; *Vade age, et exiguas Musæ fer ad æthera Graiæ Reliquias.* Sed vehementer metuo ne tu librum sis editurus eo tempore, quo literæ omnes, nisi quæ schedas Pickwickianas, et ineptias ejusdem farinae, redoleant, lectores aut nullos, aut paucos, allicere queant. Omnes enim hodie loquimur de semitis ferreis; de machinis vapore motis; de viis etiam sub Thamesim flu-

vium actis; de ossibus fossilibus, mundi jam per millia annorum extincti documentis mehercule! quantivis pretii: et adeo fervent studia Pantologiæ, ut satius fuerit mori quam e domo exire, nisi sis paratus lingua volubili, et cerebro scientiis refertissimo, de rebus omnibus et quibusdam aliis disputare. Igitur, ne mortuus esse videar inter Philosophos vivos et florentes, Pantologiæ me totum dedi. Fuit tamen quum literis Græcis haud segniter incumbere, et loca innumera emendationibus optimis sanabam. At vidi tandem eas editores Germanos suis popularibus tribuere solere, Britannos vero negligere penitus, et constitui mecum omnia mea blattis reservare, ne porcis margaritas projicere viderer, aut fures thesauris insperatis ditare; neque tecum hæc communicassem, nisi tibi voluissem ostendere quanta cum voluptate perlegerim annotationes tuas doctas simul et ingeniosas. Vale.

EPISTOLÆ CRITICÆ POSTSCRIPTUM.

P. 44. l. 5. a fin. Atqui Hesych. scripsit ἐν γύαις Λιβύσι.

P. 45. l. 19. Hesychii gl. emendavit Porson. ope cod. Schow. legendo Λωτοῦ τ' ἔρωτες—uti jam monui ad Eurip. Troad. 447.

P. 49. l. 19. In Suidæ gl. Ἰάλεμον—λέγουσι δὲ αὐτὸν υἱὸν Καλλιόπης κακοδαίμονα καὶ ὑστερούμενον καὶ ὄρφανόν—lege quantocyus—καὶ ἐστερημένον νοῦ—Ita Beattie de suo *Minstrel* cecinit, 'Some deem'd the boy was crazed, some thought him mad.' De νοῦς ubique depravato poteram equidem multa dicere. Sed uno loco contentus ero. In Soph. Aj. 404. vulgo legitur ὦ δυστάλαινα, τοιάδ' ἄνδρα χρήσιμον Φωνεῖν, ἃ πρόσθεν οὗτος οὐκ ἔτλη ποτ' ἄν. At in tali re minime se alloqui Tecmessam decebat. Omnis sermo ad Ajacem unum debebat dirigi. Scribe, quod scripsit Tragicus, ὦ δύσταλαν, νοῦ τοιάδ' ἄνδρα χρήσιμον Φωνεῖν, ἃ πρόσθ' ἄνους τις οὐκ ἔτλη ποτ' ἄν. Ita enim probe inter se opponuntur νοῦ χρήσιμον, et ἄνους. Amice quoque conspirat Sophocleum νοῦ—χρήσιμον cum Euripideo τὸ χρήσιμον φρενῶν in Phœn. 1730. Interpungi potest et ὦ δύσταλαν νοῦ—cui simile est Δεῖλαιε τοῦ νοῦ in Œd. T. 1347. et Δύστηνος φρενῶν Herc. F. 480. Quod ad ἄνους attinet, ab amentibus librariis scriptum, et editoribus acceptum, satis superque rem persecutus sum ad Popponis Prolegomena p. 106. 276. 300. Poteramque etiam hodie Monkio dicere verbis Euripideis in Alc. 803. Ταῦτ' οὖν ἀκούσας καὶ μαθὼν ἔννου πάρα—'in posterum, Præsul, ede meum ἔννον vice inficeti ἐμοῦ, quod ter ad minimum edidisti.'

Ibid. l. 20. Si quid video, Αἴλιος est nihili vox, quæ fuit sincera αἰ λίνον. Id patet e Xenoph. K. II. II. 26. ἐγχοὶ καὶ ἐν ψῆδαῖς καὶ ἐν

λίνοις οἰκτρὰ ἄττα λογοποιούντες. Ad hanc normam redigendi sunt et Pindarus in fragmento apud Schol. Vatican. in Pseud-Euripid. Rhés. 895. ἀ μὲν ἀχέταν λίνον αἴλινον ὑμνεῖν—et Æschylus in Agam. 119. Αἴ λίνον, αἴ λίνον εἰπέ· τὸ δ' εὖ νικάτω : et Euripides in Orest. 1393. Αἴ λίνον, αἴ λίνον, ἀρχῆ θανάτου βάρβαροι λέγουσιν, αἴ, αἴ, Ἀσιάδι φωνῆ : et Ovid. Αἴ λίνον in *sylvis idem pater αἴ λίνον altis Dicitur invita concinuisse lyra* : ubi Græca vocabula inter Latina miscentur, sicut sæpe apud Lucretium et Ciceronem : unde, ut id obiter moneam, corrigas Horatianum 'Liparæi nitor Hebrî' legendo 'λιπαρωπού nitor Ἀβρου' ; atque ita λιπαρωπού concinet cum Venusino, *vultus nimium lubricus aspici*. Sed ut ad αἴ λίνον redeam. In Aj. 626. si Lobeckius 'fonte labra caballino prolisset,' illico gustasset insipida ista, quæ hodie præbent membranæ, et respuisset verba Sophocle plane indigna. Mel ipse primus e favo Coloneo elaboratum, ni fallor, promississe dicar : Ἦ που παλαιῶ | μὲν ἴνιν τροφὸς ἀμέρα | λευκῆ δὲ γήρ- | α μάτηρ, ὀπό-
ταν νοσοῦντα | φρενομόρως ἀκούση, | οὐ λίνον, αἴ λίνον, | οὐδ' οἰκτρᾶς
γόνον ὄρνιθος ἀεῖδουσ' | ἦσει δύσμορος, ἀλλ' | ὄξυτόνους μάλ' αὐδᾶς | θρη-
νήσει—quibus respondeant antithetica, Κρείσσων γὰρ Ἀἶδα | κέκευθ',
ᾧ νόος ἦν ματῶν, | ὅς θ' εὖ πατρώ- | ας ἦκων γενεᾶς ἄνωθεν | πολυπόνων
Ἀχαιῶν | οὐκέτι σύντροφος | ὄρμαῖς ἀμ πεδί', ἀλλ' ἐντὸς ὀμιλεῖ· | ᾧ τλα-
μον πάτερ, οἶ- | αν σε μένει πυθέσθαι | παιδὸς—Inter hæc dedi μὲν
ἴνιν τροφὸς pro μὲν ἔντροφος—ubi ἔντροφος intelligi nequit. E contra
meum τροφὸς indicat matrem tempore præterito solitam esse nutricis
muneribus fungî, quod et apertius indicatur infra 835. Ἀγγελιον ἄτας
τὰς ἐμὰς μόρον τ' ἐμὸν Γέροντι πατρὶ, τῇ τε δυστήνῳ τροφῷ, Ἦ παντά-
λαινα, (Vulg. Ἦ που τάλαινα) τήνδ' ὅταν κλύη φάτιν, Ἦσει λυγρὸν κω-
κνυτὸν ἔν τ' ἄσῃ πολύν. Vulgo hic τροφῷ de nutrice accipitur : sed ali-
ter intellexit Billerbickius, qui citat Phœn. 703. τροφὸς πάντων γᾶ, et po-
terat citare magis ad rem Hesych. Τροφός.—μήτηρ. Meum quoque
ἴνιν pro suo libenter agnovisset, si in vivis esset, Sophocles ; quod et
Euripides fecisset, cui ipse ante Seidlerum vocem illam restitui in Iph.
T. 1240. latentem in νιν. Diu quoque emendavi ineptum ὄρνιθος ἀη-
δουῖς in ὄρνιθος ἀεῖδουσ', improbante Lobeckio, cui satis a me responsum
est ad Poppon. p. 261. Et nunc emendo μὲν ᾧδᾶς in μάλ' αὐδᾶς : ita
enim ὄξυτόνους μάλα fiet climax rhetorica post γόνον : et ne quis hæreat
in μὲν et μάλ' immutatis, is adeat mea ad Troad. 899. Neque pluribus
mutandis opus erat in antistrophicis, ubi hodie legitur Κρείσσων γὰρ
Ἀἶδα κεύθων ὁ νοσῶν μάταν. At nullus hic sermo est de homine morbis
oppleto, verum de parum sano. Id sentit et Scholiastes, cujus verba sunt,
ὁ γὰρ μεμηνῶς καὶ τὰς φρένας διεφθαρμένος κρείσσων ᾧδα κεύθων : unde
illico erui—ᾧ νόος ἦν ματῶν—memor Æschylei ματῆ τοῦργον in Prom.
57. et Hesychii gl. Ματῶν. ματαιοπραγῶν ἢ μάτην ποιῶν : et sane Mus-

grav. voluit ματῶν, advocato Hesych. Μάταις. ματαιότησι, et poterat advocare Œd. T. 891. θυμὸν ματάζων. Nemo tamen hominum perspexit κεύθων esse Tragici ab usu alienum. Semper alibi κεύθω est verbum transitivum. Citat quidem Billerbickius Œd. T. 977. θανῶν Κεύθει κάτω γῆς. Verum ibi Sophocles proculdubio scripsit Κέκευθε κατὰ γῆς: uti patet ex Œd. C. 1523. Μήθ' οὐ κέκευθε, μήτ' ἐν οἷς κείται τόποις. Antig. 911. Μητρὸς δ' ἐν Ἀιδου καὶ πατρὸς κεκευθότου. Statuit, probe scio, Elmsleius ad Œd. C. 74. κεύθειν esse intransitivum; sed plane oblitus erat Homericī κεύθε νόψ, et Euripidei κεύθει σώματ' Ἰδαία κόνις. Debit statuere κεκευθέναι verbum esse neutrum, et emendare Iph. A. 111. ἃ δὲ κέκευθε δέλτος ἐν πτυχαῖς, legendo ὦν δ' ἔκευθε (adeo ut ὦν pendeat de πάντα in versu sequenti) et in Soph. El. 1120. τὸδε Κέκευθεν αὐτὸν τεύχος, scribere τὸδε Κεύθει νιν ὄντ' οὐ τεύχος—ubi ὄντα οὐ idem sonant atque οὐκ ὄντα. Mox Ald. et MSS. omnes exhibent ὅς ἐκ πατρώας ἡκίων γενεᾶς, metro laborante; cui Triclinius opitulari voluit inserendo ἄριστος e vetusto, uti ait, libro. Scilicet legerat in Schol. ὅς ἄνωθεν κατὰ πατρώας γενεᾶς ἄριστα ἦκων· λείπει γὰρ ἄριστος. Atqui illud ἄριστα est interpretatio vocis εὖ, in ἐκ depravatæ: idcirco εὖ ἦκων legebat Schol. quam phrasin satis illustravit Valcken. ad Hippol. 432. neque debebat Triclinius infercire ἄριστος, verum eruere ἄνωθεν adhuc in Scholiis latentem; ita enim ἄνωθεν reperitur in Theocr. Id. XV. Κορίνθιαί εἰμὲς ἄνωθεν: quod notare neglexi ad Soph. Phil. 180. ubi Sophoclis locum jam sex plus annis exactis emendavi, et, sicut Cassandra, 'Dixi Germanis criticis non credita verba.' Postremo vice ineptiarum ὄργαις ἔμπεδος perquam opportune Schol. exhibet ὄρμαῖς: quod ducit ad ἄμ πεδί, scil. 'per campos Trojæ.' Homericum est Ἄμ πεδίον Il. E. 87. 96. Sed nimis longe sum ab αἶ λίνον deflexus. Redeo igitur, sicut canis ad corium. In Epigrammate, quod Eustathius unus servavit, legi debet Ὀν γ', ὅσοι ἄμβροτοὶ εἰσιν, αἰοῖδοι καὶ κιθαρισταὶ Πάντες ἄμ' ἐν θρήνοις (νέον εἶλ' ὄν ἄρ' αἶσ') ἀχόροισιν, Ἀρχόμενοι τε Λίνον καὶ λήγοντες καλέουσι. Ibi vulgantur Ὀν δὴ ὅσοι βροτοὶ εἰσιν—Πάντες μὲν θρηνοῦσιν ἐν εἰλαπίναις ἠδὲ χοροῖσιν: quæ sunt, ut nihil supra, ineptissima, ne quid de vitio metrico dicam. Poetæ scilicet Linum inter epulas choreasque erant ploraturi! et illum Linum, de quo alter Epigrammatista cecinit, ὦ Λίνε, πλεῖστα θεοῖσι τετιμένε· σοὶ γὰρ ἔδωκαν Ἀθάνατοι πρῶτῳ μέλος ἀνθρώποισιν ἀεῖσαι Φωνῆσιν λιγυρῆσι· κότῳ δὲ σὲ Φοῖβος ἀναιρεῖ Ἐν τ' ὅπῃ λοξοτέρῳ Μοῦσαι δὲ σὲ θρηνεύουσιν. Ita enim legendum est, vice ὦ Λίνε θεοῖς τετιμημένε· σοὶ γὰρ πρῶτῳ μέλος ἔδωκαν ἀθάνατοι ἀνθρώποισι φωναῖς λιγυραῖς ἀεῖσαι· Φοῖβος δὲ σὲ κότῳ ἀναιρεῖ, Μοῦσαι δὲ σὲ θρηνεύουσι ἐν ποδὶ δεξιτέρῳ. Ecquis enim nescit Pseud-Hesiodicum Ἀθανάτοις τε θεοῖσι τετιμένος ἐστὶ μάλιστα, (unde inserui πλεῖστα) aut non recordatur Anacreonteum Πῶλε Θρηκῆ τί δὴ με

Λοξὸν ὄμμασιν βλέπουσα, ad meum ἐν τ' ὀπὶ λοξοτέρῳ explicandum simul et confirmandum? quoniam ὀπὶ hic sonat *vultu*, non, ut alibi plerumque, *voce*; nisi quis prætulerit Æolicum κότου—"Οππατι λοξοτέρῳ. Verum, quicquid de ὀπὶ vel ὄππατι statuas, noli dubitare de λοξοτέρῳ, pro δεξιτέρῳ: ita enim per lusum respicitur ad Λοξίας Apollinis nomen; et, si forte quæras aliud exemplum vocis λοξὸς corruptæ, reperies tale quid in notis meis ad Platon. Hipp. Maj. §. XVIII. n. 2. ubi emendavi εὐδόξως in οὐ λοξῶς, memor Lucianeorum: quibus et alium locum ejusdem scriptoris afferre possum in Jon. Confut. §. 14. λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα τοῖς πολλοῖς χρᾶν εἰώθατε. Quod ad alterum epigramma attinet, ibi nihil hæsitans reposui Πάντες ἄμ' ἐν θρήνοις, νέον εἶλ' ὄν ἄρ' αἰσ', ἀχόροισιν: ad quæ me quasi manu duxit Euripides in Tro. 118. Ἐπάγουσα δὲ κὰν δακρύων ἐλέγους, Μοῦσ' ἔτ' ἀκείται τοὺς δυστήνους, Ἄτας κελαδεῖν ἀχορεύτους: necnon in Androm. 1038. ἀχόρους στοναχὰς μέλποντο: unde corrigas Cycl. 487. Ἀχαριν κέλαδον μουσιζόμενος legendo ἄχορον: et e contrario Soph. El. 1069. ἀχόρευτα φέρουσ' οἰεῖδη, legendo ἀχάριστα. Hinc egregie restituit Tyrwhittus Herc. F. 879. μα-
νίαισι Λύσσας χορευθέντ' ἀναύλοισι: quomodo legebat MS. Par. e prima manu, et confirmat ipse Tragicus suo κῶμον ἀναυλότατον in Phœn. 802. Neque distant illa in Æsch. Eum. 347. ὕμνος—ἀφόρμιγκτος. Agam. 999. τόνδ' ἄνευ λύρας—ὕμνωδεῖ θρήνον Ἐριννύς. Athen. II. p. 55. Α. φθόγγους ἀλύρους θρηνοῦμεν. Et nunc demum intelligi potest et corrigi θρηνωδέσιν ἀπαρχαῖς in θρηνωδέσιν οὔτι χορειαῖς apud Eustathium, quo teste Linus ἐτιμᾶτο ὑπὸ τῶν πάντων θρηνωδέσιν ἀπαρχαῖς.

Ibid. l. 23. In Bion. Id. I. 90. vice Αἰ, αἰ, καὶ τὸν Ἄδωνιν ἔτι πλέον—legi debet καλὸν vice καὶ τὸν, ubi καὶ est plane ineptum. De τ et λ permutatis vide Pierson. ad Mœr. p. 254. ubi restituit egregie λαταγὰς pro ἀλλαγὰς. Similiter in Hom. Il. X. 402. Κυνάεαι πίναντο, Ernestius reperit πίτναντο in MS. Unde in Eurip. Orest. 823. Τὸ δ' αὖ κακοργεῖν ἀσέβεια μεγάλη, ubi versus antitheticus Πάλαι παλαιῶς ἀπὸ συμφορᾶς δόμων postulet creticum vice anapæsti, legi potest ἀσέβειά τ' ἐσχάτη. Cf. ἔσχατον θράσους in Antig. 853. Metro quidem succurrit ποικίλη in MS. K. manifesta metrici cujusdam interpolatio. Dindorfius cæcus cæcum ducem sequitur Hermannum, cujus e cerebello venit μαιολῖς, unde belle fit ταυτόλογον in μαιολῖς et παράνοια. Verum hoc est inter Germanos hodie sapere.

P. 52. l. 17. a fin. In corrupta gl. Hesych. Αἰαλλιᾶσας manifesto legi debet Αἰ αἰ μάλ' ἄσας. Cf. Æsch. Choeph. 862. Οἶμοι πανοίμοι, et corrige Οἶμοι, μάλ' οἶμοι. Soph. El. 1416. οἶμοι μάλ' αὐθῖς.

P. 53. ad v. 50. l. 7. In Athen. vice παντί που δῆλον prætulerim μό-
οντί τῳ δῆλον. Vid. mea ad Platon. Hipp. Maj. §. XVII. n. 5. ubi vice
ineptiarum Ἄλλα μέντοι δῆλον reposui Ἄλλα μύοντι δῆλον. Locis ibi ci-

tatis adde Xenoph. K. II. VIII. 3. 27. *κᾶν μύων βάλῃς, οὐκ ἂν ἀμάρτοις.*
 Lucian. Rhetor. Præcept. §. 11. *κᾶν μύοντι—εἴποι τις.* Plato Sophist.
 p. 239. E. *δόξεις ἢ μύειν—ἢ οὐκ ἔχειν ὄμματα.* Shakspeare, *A man may see how this world goes with no eyes.* Vulgatum tamen tueri videtur
 Pseudo-Platon. Alcib. 1. sub initio, *Καὶ τοῦτο μὲν δὴ (lege μὰ Δία) παντὶ δῆλον ἰδεῖν ὅτι οὐ ψεύδει.* Sed et ibi prætulerim *μύοντί τω—*

P. 54. ad v. 52. l. 7. In Athen. VIII. p. 348. F. malim *περὶ τοῦ ποτοῦ.* Cf. Aristoph. Eq. 87. *περὶ ποτοῦ γοῦν ἐστὶ σοι;* et lege—*νοῦς—*
 Sic Terent. 'animus est in patinis.'

P. 55. ad v. 57. l. 9. Nequeo intelligere *λιγαίνων*, et *ἀριστώδινος*, in Epigrammate: poteram vero *Κύρου λόγῳ αἰνῶν—Ἱστορίας φιλαληθέ' ἀριστ' ἄρ' ὄδ' ἤγνυσ' ὑπώρην—*Certe ineptum est *φιλάεθλον.*

P. 56. ad v. 59. l. 5. Æschyli fragmentum apud Clem. Alex. fuit, opinor, e fabula Satyrica. Lego igitur *Zeús ἐστιν αἰθῆρ*, *Zeús δὲ γῆ*, *Zeús δ' αὖ ῥανίς*, vice *οὐρανός.* Exstat *ῥανίς* in Eurip. Iph. A. 1515. necnon in Aristoph. Acharn. 171. *ῥανίς βέβληκέ με.* Mox dici nequit *Zeús τοι τὰ πάντα.* Debuit *Zeús ταῦτα πάντα.*

Ibid. ad v. 60. l. 9. Num ex Homericō *Ἔϊφις* venit Anglicum *Wife?*

P. 57. ad v. 61. l. 4. Frustra Thierschius in Gr. Gr. §. CCCVI. 7. tueri vult *ὄδ' ἐκεῖνος ἀνὴρ* in Aristoph. Nub. 1150. et 'Ἄλλ' ἔα τὸν ἀνδρ' ἐκεῖνον, οὐπερ ἔστ', εἶναι κάτω in Pac. 632. Etenim in priore loco scribi debet 'Ἰδ', ἐκεῖνος ἄρ' ἦν, et similiter in Œd. C. 137. 'Ἰδ', ἐκεῖνος ἐγώ, vice 'Ὀδ' ἐκεῖνος ἐγώ. In posteriori vero quantocyus repone 'Ἄλλ' ἔα τὸν ἀνδρ' ἐκεῖ νῦν, οὐπερ ἔστ', εἶναι κάτω. Etenim ἐκεῖ—κάτω fuit *δεικτικῶς* ad inferos dictum. Cf. Hec. 422. 'Ἐκεῖ δ' ἐν "Αἰδου. Med. 1041. *Εὐδαιμονοῖτον' ἀλλ' ἐκεῖ.* Aristoph. Ran. 82. 'Ὁ δ' εὐκόλος μὲν ἐνθάδ', εὐκόλος δ' ἐκεῖ. Plato Sympos. p. 192. E. ἐκεῖ αὖ ἐν "Αἰδου. Rep. I. p. 330. D. τὸν ἐνθάδε ἀδικήσαντα δεῖ ἐκεῖ διδόναι δίκην. Dionys. Hal. p. 785. τῶν ἐκεῖ δικαστῶν. Exstabat olim in Philoct. 261. 'Ὀδ' εἰμ' ἐγὼ σοὶ κεῖνος: verum ibi diu emendavi *κλεινός*, et similiter in Cycl. 105. 'Ὁ κλεινός αὐτός εἰμι—vice 'Ἐκεῖνος οὗτός εἰμι.

P. 62. l. 11. In Schol. Aristoph. Plut. 290. vice *παρὰ Δωριεῦσι* malim *παρὰ Δηοῦς ἱερεῦσι*, et *προσέλαβε* vice *προσέβαλε.*

P. 63. ad v. 77. Manifesto satis in Soph. Trach. 859. vice *ἂ τότε θεῶν νύμφαν ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς τάνδ' Οἰχαλίας αἰχμᾶ* legi debet *ἂ γ'*, *ἄτε θεῶν, νυμφᾶν—ἀκμάν.* Bothei felici conjecturæ debetur *νυμφᾶν—ἀκμάν*, qui citare poterat Hesych. Παιδὸς ἀκμῆς. Meum quoque *ἄτε θεῶν* tuetur Euripides suo *"Ἰση θεῆσιν* in Hec. 360.

P. 64. ad v. 84. l. 4. In fragmento Anacreonteo apud Athen. XIII. p. 564. D. lege *Δίξημαί σ', ὅς ἀνήκοός τ' Οὔτ' ἰδὼν ἔτι ταῖς ἐμαῖς Ψυχαῖς ἠνιοχέυεις.* Hinc Plato figmentum non suum hausit de equis animæ in Phædro.

P. 65. ad v. 85. l. 1. *μανίη*. Locis a te allegatis poteram addere sexcenta. In Callimach. Epigr. LXII. *Εὐδαίμων, ὅτι τᾶλλα μανεῖς, ὠργεῖος Ὀρέστας Λευκαρέταν μανῶν οὐκ ἐράνη μανίαν*, legebat V. D. in Maty's Review, May 1783. *Λευκάδ'*—et Bentleius, *ἐρωτομανῶν*, Blomfieldo, ut videtur, inscio. Locum illum citare debui ad Tro. 376. quo melius eluceret conjecturæ venustas meæ legentis:—*Οἱ διὰ μίαν γυναιῖκα καὶ μίαν Κύπριν Ἐρωμανοῦντες μυρίους ἀπώλεσαν, νῖce Θηρῶντες Ἐλένην*, quasi *Ἐλένην* non movisset nauseam post *γυναιῖκα*. E contra *Ἐρωμανοῦντες* plane convenit cum Theognideo v. 1231. *Σχέτλι' Ἐρως, Μανίαι σ' ἐτιθνήσαντο λαβοῦσαι Ἐκ σέθεν ὦλετο μὲν Φιλίου ἀκρόπολις*. Cf. et Iph. A. 1264. *Ἐμνηε δ' Ἀφροδίτη τις Ἑλλήνων στρατόν*: ita enim Lobeck. ad Soph. Ajac. 705. vice *Μέμνηε—στρατῶ*: unde eximie se tuetur emendatio mea ad Tro. l. c. in Iph. A. 392. *ἡ δὲ Κύπρις ἔμνηε νιν, θεὸς τ' Ἐξέπραξε τοῦτο μᾶλλον ἢ σὺ καὶ τὸ σὸν σθένος*—vice *ἡ δὲ γ' ἐλπίς οἶμαι μὲν θεὸς*: quasi μὲν ita sequi poterat *οἶμαι* positum *παρενθετικῶς*: quod quidem Hermannus, ad talia cæcus usque, minime perspexit, neque meminit, opinor, Epigrammatis apud Suidam v. *Ἄιδης*.—*ἡ καὶ σὴν Κύπρις ἔμνηε φρένα*: cui simile est illud in Apoll. Rh. I. 1232. *τοῦδε φρένας ἐπτοίησε Κύπρις*: neque longe distat Sophocleum in Trach. 1158. *Τοιῶδε φίλτρῳ τὸν σὸν ἐκμῆναι πόθον*: quem locum una cum aliis in animo habuit proculdubio Valckenaer. dum scribebat in Phalarid. Epistol. Præf. p. xiii. “rarius simplex *μῆναι*: legitur tamen in Aristoph. Thesm. 568. *ὡς φαρμάκοις ἐτέρα τὸν ἄνδρ' ἔμνηεν* [ubi, ut id obiter moneam, scripsit Comicus *στεῖρα*]: at multo frequentius *ἐκμῆναι*. Notum est illud, quod tribui solet Platoni, *Ἦ ἐμὸν ἐκμῆνας θυμὸν ἔρωτι, Δίῳν*.” Tametsi meum *ἡ δὲ Κύπρις ἔμνηε νιν θεὸς* tacuit Hermannus, tacebuntque alii, quibus volupe fuerit nubem pro Junone amplecti, est tamen verissimum, uti patet ex Iph. A. 411. *Ἐλλὰς δὲ σὸν σοὶ κατὰ θεὸν νοσεῖ τινά*: unde melius hodie, quam olim ad Tro. 222. emendare possum Iph. A. 77. *ὁ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας μόνος, Ὀρκοὺς παλαιοὺς Τυνδάρειω μαρτύρεται*—legendo—*Μενέλεων' ὁ δ' ἴκεθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας, μανεῖς τ'*—ubi perbelle junguntur *Ἑλλάδ' οἰστρήσας*, et *μανεῖς*. Fuit enim, si quis alius, Menelaus *ἐρωμανῆς*, i. e. *ὁ ἐν τῷ ἔρωτι μαινόμενος*, ut verbis Suidæ utar, vel *γυναιμανῆς*, ut loquar cum Hesychio, *ὁ ἐπὶ γυναιξὶ μεμνηῶς*. Unde tacite ad Prom. 649. emendavi Sophoclis fragmentum maxime corruptum legendo *Γυναιῖκα δ' ἐξελόντες, ἢ θρασσέν γε νοῦν Μαστῶ Μενέλεω παραφρόνως γυναιμανοῦς*, vice *ἢ θρασσει γε νυν ὡς του μεν αιολου γραφιοις ενημμενοις*. Respexit etenim Sophocles ad rem, quam Euripides depinxit et Comici plus semel deriserunt, uti patet ex Androm. 628. ubi Peleus ita Menelaum alloquitur. *Οὐκ ἔκτανες γυναιῖκα, χειρίαν λαβῶν, Ἄλλ', ὡς ἐσεῖδες μαστὸν, ἐκβαλὼν ξίφος, Φίλημ' ἐδέξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα, Ἥσσων*

πεφυκὸς Κυπρίδος, ὧ κάκιστε σύ: quæ Comicus facete detorquet in Lys. 155. Ὁ γῶν Μενέλαος, τὰς Ἑλένας τὰ μᾶλ' ὄκα Γυμνᾶς σπερῶν ἴδεν, οὐκ ἔβαλ' οἶον τὸ ξίφος; ubi luditur in duplici sensu vocis ξίφος, quem enucleavit Hesych. Σκίφος· ξίφος· οἱ μὲν τὸ ἐγχειρίδιον, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τοῦ αἰδοίου. Certe in tali loco vulgatum οἶω stare nequit. Lampito etenim minime, quid ipsa reputaverit, verum quid aliæ norint, edicere debebat. Neque locus hic est unicus ubi Euripides ad istam de Menelai amore insano historiolum respexit. Cf. El. 1027. Νῦν δ' οὐνεχ' Ἑλένης μαργὸς ἦν τις, ὅς, λαβῶν Ἄλοχον, κολάζειν προδότην οὐκ ἠπίστατο. Fuit enim Helenæ suum τὸ κάλλος, ut Anacreon cecinit, ἀντ' ἀσπίδων ἀπασῶν: et jure sciscitatur Electra, Ἄρ' εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφωται ξίφη in Orest. 1288. Ipsa Menelai verba, cædem patrare nolentis, latent inter verba Scholiastæ ad Eurip. Med. 1010. ita eruenda, Τὸν φόνον οὐκέτι τολμᾷ ψυχή· Μὴ ἀλλ' ἐκλέλνυμι πᾶς ἐν χάρισιν τῶν ὀφθαλμῶν ἀτενίζοντων εἰς ἐμὲ, καὶ πως φηλούντων νοῦν. Sed ut redeam ad amanitium insaniam, Euripides iterum est in partes vocandus in Antig. Fr. VII. Ἡρώων τὸ μαίνεσθαι δ' ἄρ' ἦν ἔρωσ βροτοῖς: vocandus et Plutarch. de Audiend. poet. II. p. 43. C. περιμανῆς ἐξ ἔρωτος ἢ ἐπιθυμία Κινούσα χορδαὶ τὰς ἀκινήτους φρενῶν: vocandus denique Plato in Phædr. ss. 107. μανίαν—ἐφήσαμεν εἶναι ἔρωτα, necnon incertus ille cum suo ἄκρατος ἔρωσ μανία ἔοικε: quo respexit Eustath. in Il. Γ. p. 380, 9=287, 45. δῆλον δὲ ὅτι ὁ ἄκρατος ἔρωσ μανία ἔοικε· διὸ τὸν τοῦτο πάσχοντα γυναιμανῆ λέγει, ὁμοίως τῷ ἵππομανῆς καὶ χρυσομανῆς· ὧν πρὸς ὁμοιότητα καὶ ἡ ἔρωμανία εἶρηται: cui vox cognata exstat in Pseud-Orph. H. in Ven. LIV. 4. ἔρωμανέων ὑπὸ φίλτρων: et in Lucret. IV. 1159. Ἰσχνὸν ἔρωμανέων tunc fit, cum vivere non quit Præ macie—qui videtur in animo habuisse Platonis verba in Rep. V. citata Plutarcho II. p. 44. F.—His jam scriptis memini Caspar. Orellium ad Æneæ Tactic. Præf. p. x. legere velle Ἐξεμάνην καλοῦ παιδὸς ἔρωτι δαμείς—vice Ἐξεδάμην—in Theognid. 1350.

Ibid. l. 4. In Mosch. Id. VI. Ἡρατο Πᾶν Ἀχῶς τὰς γείτονος—vice ineptiarum τὰς γείτονος lege αἰγόστομος—ita enim probe comparatur Πᾶν—αἰγόστομος cum Σκιρρητᾷ Σατύρω. Fuit deus ille Αἰγόκερως et Κριοπρόσωπος dictus.

Ibid. ad v. 86. Vice κομψὰ lege καμψά. Hesych. Καμψόν. καμπύλον.

Ibid. ad v. 87. κύκλον. Citare poterat Soph. Phil. 811. τί τὸν ἄνω λείσσεις κύκλον;

P. 66. l. 9. In Schol. Aristoph. Nub. 142. τοῦτον τὸν χρησμὸν ὁμολογῶν ἐν τῇ κατὰ φιλοσόφων—legi debet,—ὁ βιολογῶν ἐν τῇ ἱκάτη i. e. δεκάτη. Ille vitarum scriptor fuit, opinor, Bion, cujus mentio sæpe apud Diogenem est facta. Toto cælo errat Menagius cum suo Δημοχάρης.

P. 67. ad v. 93. l. 5. Bene se habet emendatio Taylori. Nempe καὶ excidit propter ωs in ἐπιμελῶς. De ωs et καὶ permutatis vide mea in 'Poppo's Prolegomena,' p. 112. Ibi Marklandi notam ad Iph. A. 171. allegavi, et potui allegare Schæfer. Meletem. Crit. p. 73. Boissonad. ad Eunap. p. 566. et Jacobs. in Achill. Tat. II. 10. Hinc in Ælian. V. H. III. 7. ubi MSS. Par. exhibent καλῶς ὡς δέον, MS. Sluisk. καλῶς καὶ ἐς δέον: quocum Perizonius comparat II. 37. νόμοι κάλλιστα καὶ εἰς δέον κείμενοι.

P. 68. ad v. 97. De voce δέξῃς, acer, multa Porson. ad Æsch. Suppl. 901. Locis ibi citatis, necnon a Blomfieldo in *Edinburgh Rev.* No. 30. p. 320. addas Platon. Rep. VI. p. 484. C. VII. p. 519. A. Legg. XI. p. 927. B. Theætet. §. 51. Epist. VII. p. 327. A. et quæ conguessit Bloomfieldus ad Thucyd. II. 11. in versione Anglice scripta.

P. 70. ad v. 9. Ad meum θαυμαστὸν intelligendum advocare debebam illud Horatianum, 'mirum quod foret omnibus,' necnon corrigere Flacci Serm. II. 3. 28. 'Novi, Et morbi miror purgatum te illius. Atqui Emovit veterem mire novus, ut solet, in cor Trajecto lateris miseri capitisve dolore.' Verum ibi mire plane pugnat cum verbis ut solet: quia solita sunt minime mira. Lege—'Emovit veterem (haud mirum) novus:—Similiter in Ovidiano, 'Frondebis arboreis et amara pascitur herba,' reposui 'et (mirum)' ad Æsch. Suppl. 44. De particula negativa sæpe omissa multus est Jacobsius in Lucian. Alexandr. Excurs. p. 137–142. Hinc optime in Horat. Od. I. 8. 4. 'cur apricum Oderit campum, patientis pulveris atque solis—' J. Clericus in Bibliothèque Ancienne et Moderne t. V. p. 383. legit impatiens: et sic nescio quis Crusius, teste Gesnero, qui nimis patienter vulgatum tulit. Hac occasione arrepta, liceat mihi supplere omissa in 'Poppo's Prolegomena,' p. 195. ubi e Vallæ verbis, 'Se classe multum Atheniensibus antecellere, peditatu vero inferiores esse,' in Thucyd. VII. 41. καὶ τὴν ἐλπίδα ἤδη ἐχυρὰν εἶχον ταῖς μὲν ναυσὶ καὶ πολὺ κρείσσους εἶναι, ἐδόκουν δὲ καὶ τὸν πεζὸν χειρώσεσθαι, erui—καὶ τὸν πεζὸν οὐ χείρω ἔσεσθαι—nec tamen monui Vallam scripsisse, non inferiores, et similiter in VI. 12. 'imeritam gratiam' non 'meritam,' uti patet e Thucydidis verbis, χάριν μὴ ἀξίαν.

P. 76. l. 6. a fin. Hodie vero præplacet Ὠπί τε λοξοτέρῃ. Hesych. Ὠπες· ὀφθαλμοί. Redde igitur, 'lumine obliquiori,' et confer illud Maronianum, 'transversa tuentibus hircis,' i. e. præ invidia, necnon Horatianum, 'Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat.'

DE HERMESIANACTE EJUSQUE ELEGIA.

EX RUHNKENII EPISTOLA CRITICA II.*

In priore hujus Epistolæ editione p. 73. Hermesianactis Elegiam, quam Athenæus XIII. p. 597. conservavit, digressionem quadam emendavi. Ex eo tempore, captus eximia carminis pulcritudine, subinde, ut fit, ad illud castigandum reverti, præsertim cum adjumenta quædam e libris scriptis accepissem. Nam Codicis Medicei Variantes Abrahamus Gronovius, Veneti J. P. Blessingius, vir eruditissimus, mecum communicavit. Nunc nihil, quod hoc † instituto alienum sit, facturum videor, si totum carmen, quo, in tanta Veterum Elegiarum jactura, vix quicquam præstantius habemus, hic paulo emendatius, quam a Casaubono editum est, apposuerim.

Hermesianax natus est Colophone, urbe tam fecunda bonis poetis edendis, ut Nicander, indidem oriundus, librum scripserit *περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν*, totum comparatum cum ad Homeri, quem Colophonii sibi vindicabant, tum ad Xenophanis, Polymnesti, Mimnermi, Antimachi, Phœnicis, et Hermesianactis memoriam celebrandam. Vide Scholiastem Nicandri, cujus testimonio sæpe utemur, ad Theriac. 3. et Anonymum scriptorem Vitæ Homeri p. 283. Ætatem Hermesianactis incidisse in Philippi et Alexandri M. tempus, clare intelligitur ex Pausania Attic. c. 9. et Scholiaste Nicandri l. c. Prioris locus hic est : *Λυσίμαχος συνέκτισε καὶ Ἐφεσίων ἄχρι θαλάσσης τὴν νῦν πόλιν, ἐπαγόμενος εἰς αὐτὴν Λεβαδίους τε οἰκήτορας καὶ Κολοφώνιους, τὰς δὲ ἐκείνων ἀνελὼν πόλεις ὡς Φοῖνικα, ἰάμβων ποιητὴν Κολοφώνιον, θρηνησάμεν τὴν ἄλωσιν. Ἐρμησιάναξ δὲ ὁ τὰ ἐλεγεία γράψας οὐκ ἔτ', ἐμοὶ δοκεῖν, περιῆν πάντως γὰρ που καὶ αὐτὸς ἂν ἐπὶ ἀλούσῃ Κολοφῶνι ὠδύρατο.* Has autem urbes a Lysimacho eversas esse Olymp. 119. 3. ex Diodoro Sicul. XX. p. 483. constat. Scholiastes Nicandri sic narrat : *Ὁ Ἐρμησιάναξ φίλος τῷ Φιλητῷ καὶ γνώριμος ἦν.—ὁ Νίκανδρος μέμνηται τοῦ Ἐρμησιάνακτος ὡς πρεσβυτέρου ἐν τῷ περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν.* Eadem ætate Philetam vixisse, etiam Suidas testis est : *Φιλητῆς, Κῶος, υἱὸς Τηλέφου, ὃν ἐπὶ τε Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου—ἐγένετο δὲ καὶ διδάσκαλος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου.* Philetæ disciplina cum Hermesianax usus sit, nescio, an Theocritum, quem vetus Grammaticus in ejus

* Ex altera, multis partibus locupletiore, Epistolarum Critt. editione, Hymno Homericum in Cererem, Anno MDCCLXXXII. repetito, adjecta. Utor autem Opusculorum Ruhnkenianorum editione, a Joanne Theodoro Bergmanno procurata, Lugd. Bat. MDCCCXXIII.

† "Suspicio hic excidisse præpositionem *ab*." BERGMANN. Nodum in scirpo quaerit Bergmannus. Vide Ciceronis et Gellii loca apud Facc. et Forc. in *Alienus*.

vita sub Phileta profecisse tradit, condiscipulum et ejusdem artis æmulum habuerit. Ipse exemplo magistri, cujus honorificam mentionem facit in hac Elegia v. 75. ingenium contulit ad Elegos scribendos. Nobiles imprimis sunt tres libri Elegiarum, quos de amicæ nomine Λεόντιον inscripsit. Athenæus XIII. p. 597. Α. παρέλιπον δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμησιάνακτος τοῦ Κολοφωνίου Λεόντιον· ἀπὸ γὰρ ταύτης ἐρωμένης αὐτῷ γυνομένης ἔγραψεν ἐλεγειακὰ τρία βιβλία. Scholiastes Nicandri: τούτου δὲ τὰ λεγόμενα εἰς τὴν ἐρωμένην. A Parthenio Erot. c. 5. laudatur Ἑρμησιάναξ Λέοντι. Sed corrigendum esse Λεοντίω, ut Elegiarum libri significantur, bene vidit Vossius de Histor. Græc. III. p. 176. confundens tamen poetam cum alio Hermesianacte, Colophonio, athleta, de quo Pausanias Eliac. posterior. 17. Et sic est apud Antonin. Liber. c. 39. Ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Λεοντίω β'. Ut vero Hermesianax tres Elegiarum libros Λεόντιον, sic ejus imitatione Propertius librum primum Elegiarum *Cynthia* inscripsit. Quod ejus interpretes videtur latuisse. Eandem amicam, etsi haud nominat, tamen alloquitur in hoc carmine v. 73. Γιγνώσκεις αἴτουσα μέγαν πόθον. Ter elegias laudavit Pausanias Achaic. 17. Arcad. 12. Bæot. 35. Inde etiam, præter Antonin. Liber. l. c. amatorias narrationes excerpit Parthenius c. 5. et 22. fortasse etiam c. 2. Nam ubi vulgo editur, Ἱστορεῖ Φιλητᾶς Ἑρμῆ, scribere malim, Ἱστορεῖ Φιλητᾶς καὶ Ἑρμησιάναξ. Ex iisdem Elegis narrationem de Menalca sumsit Scholiastes Theocriti ad Eid. VIII. 55. et in argumento Eid. IX. In *Leontio* tamen locum invenire non potuit Elegia ad Eurytionem Centaurum, quam commemorat Pausanias Achaic. 18. ὅτι μὲν ἦν πόλισμα μικρὸν ἐξ ἀρχῆς ἢ Ὀλενος, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ μου καὶ ἐλεγεῖον εἰς Εὐρυτίωνα Κένταυρον ὑπὸ Ἑρμησιάνακτος πεποιημένον. Cujus carminis argumentum forsitan fuerit Mnesimache, Oleni filia, rapta ab Eurytione, sed liberata ab Hercule. Anonymus de XII. Certaminibus Herculis, ab Allatio editus, c. 5. πρὸς Ὀλενον δ' Ἡρακλῆς προσδεξάμενον ἴκετο, καὶ Μνησιμάχην τὴν Ὀλένου ῥυσάμενος Εὐρυτίωνος, ἦκεν εἰς Εὐρυσθέα. Quem locum perperam accepit P. Burmannus Catal. Argonaut. v. *Eurytion*. Denique Hermesianax *Persica* scripsit. Scholiast. Nicandri: τούτῳ δὲ τὰ Περσικὰ γέγραπται. Ex quibus si quis potius narrationem de Nanide apud Parthenium c. 22. quam ex Elegis, ductam putet, non magnopere repugnabo. Nunc ad ipsam Hermesianactis Elegiam, vel potius Elegiæ partem, cognoscendam veniamus. Ea, teste Athenæo l. c. ex tertio Leontii libro sumta, in ἐρωτικῶν, sive perditæ amantium, enumeratione versatur. Ex quo patet, minus recte a F. Ursino ad Virgil. Georg. IV. 470. *Elegiam in Orpheum* inscribi.

AN EXTRACT FROM PORSON'S REVIEW OF
WESTON'S HERMESIANAX.

Hermesianax ; sive Conjecturæ in Athenæum atque aliquot Poetarum Græcorum Loca, quæ cum corriguntur et explicantur, tum Carmine donantur. Auctore STEPHANO WESTON, S. T. B. Coll. Exon. in Acad. Oxon. Soc. et Eccles. Mamhead in Agro Devon. Rectore. pp. 124. Nichols. [Lond. 1784. J. B.]

The author of this book, in a proœmium, where he explains the nature of his undertaking, has the following paragraph: *Tota artis criticæ materia in tres partes distribuitur, ut debeat monstrare primum principia, et causas scribendi recte, quæ philosophica dici potest, deinde de consuetudinibus, præscriptis, moribus, elocutionibusque versari, quæ historica appellari solet ; denique de correctione agere ex collationibus manuscriptorum, optimisque editionibus librorum impressorum exquisita ; nec non de conjecturis tractare, varia eruditione, et editorum acumine excogitatis, quam hypotheticam appellare possumus.* In this publication, Mr. W. professes to deal only in the hypothetical sort of criticism ; and further observes, *plus in bona (conjectura) laudis, quam in mala vituperationis, esse.* Whether he will have any cause to avail himself of this plea, my readers may determine for themselves, from the specimens I shall hereafter produce. It must be owned, even by those who disapprove of his conjectures, that they are often supported with learning and ingenuity, and they who are dissatisfied with his criticisms cannot complain of his want of civility, that great opprobrium of the sect. But, generally speaking, there is not that felicity in his emendations, which instantly compels the reader's assent, and supersedes the necessity of a long defence, or explanation. Mr. W. is somewhat unlucky in setting out with a fragment of Hermesianax, (Athenæi p. 597.) which has come down to us in so wretched a state, that, after the labours of the best critics, Casaubon, Heringa, Ruhnkenius, etc. it still abounds with corruptions*. It is not, therefore, to be wondered at, if Mr. W. has done but little towards restoring this fragment to its first integrity. His best conjecture is, I think, that on v. 83. I shall, therefore, transcribe the

* Bentleium præ oculis plane habuit Porsonus, *Remarks upon a late Discourse of Free-thinking* p. 92. *In Profane Authors (as they are call'd) whereof One Manuscript only had the luck to be preserv'd, as Velleius Paterculus among the Latins, and Hesychius among the Greeks ; the Faults of the Scribes are found so numerous, and the Defects so beyond all Redress ; that notwithstanding the Pains of the learned'st and acutest Critics for Two whole Centuries, those Books still are and are like to continue a mere Heap of Errors.*

lines. After enumerating the most famous poets that were lovers, Hermesianax proceeds to show, that even philosophers, in spite of their gravity, were "the sons of women." Οὐδὲ μὲν οὐδ' ὅποσοι σκληρὸν βίον ἐστήσαντο Ἀνθρώπων, σκολιὴν μαιόμενοι σοφίην, Οὐδ' οἱ δεινὸν ἔρωτος ἀπετρέψαντο κυδοιμὸν Φαιόμενον, δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἠνίοχον. For Οὐδ' οἱ δεινὸν, to avoid the repetition of the same word, Mr. W. reads, Οὐδ' οἱδ' αἰνὸν. This seems perfectly right (though not having either Lennep or Ruhnkenius at hand, I am not certain whether this conjecture has been anticipated or not); but in the verses immediately following, Mr. W. is less happy. I shall quote the passage, and, for particular reasons, subjoin a Latin commentary. Οἷη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανοῦς Πυθαγόρην, ἐλίκων κομψὰ γεωμετρίας Εὐράμενον καὶ κύκλον ὅσον περιβάλλεται αἰθὴρ, Βαιῆ τ' ἐν σφαίρῃ πάντ' ἀποτασσόμενον. Οἷψ δ' ἐχλειμμένον ἔζοχον ἔχρην . . . εἶναι Πολλῶν δ' ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει.

V. 89. seq. Corruptissimus locus, et qui sensu et rhythmo omnino vacat. Prima egregie emendavit A. Heringa, Οἷψ δ' ἐχλίηνεν, ὄν—quod cum Cl. Westonus se vix capere fateatur, iudicium ejus desidero. Ut antea, Οἷη μανίη κατέδησε, sic nunc, Οἷψ ἐχλίηνε πυρὸς μένει. Plainissimus vero sensus. *Quam violento igne Socratem Venus irata calefecit.* Sed interjecta adhuc medicinam implorant. Rescribendum ex verissima Wyttenbachii emendatione, Οἷψ δ' ἐχλίηνεν, ὄν ἔζοχον ἔχρη Ἀπόλλων Ἀνθρώπων εἶναι Σωκράτη ἐν σοφίῃ, Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει. Paullo quidem aliter (si rite audita recorder) verba constituerat Wyttenbachius, ita nempe: ἔξ. εἶναι Ἀπόλλων Ἐχρησ' ἀνθρώπων—Sed alterum ordinem prætulī, primum ob numerorum facilitatem, deinde ordo, quem ille sequitur, in nullo, quantum sciamus, MS. comparet; alter vero in Codice Veneto, teste Ruhnkenio; postremo cum verbum ἔχρη paullo rarius sit, eo proclivius erat librariis vulgatiorem formam supponere. Sophocles Electr. 35. ΧΡΗ μοι τοιαῦθ' ὁ ΦΟΙΒΟΣ, ὃν πεύσει τάχα. Œd. Col. 87. ΦΟΙΒΩΙ τε κάμοι μὴ γένησθ' ἀγνώμονες, Ὅς μοι, τὰ πόλλ' ἐκεῖν' ὅτ' ΕΞΕΧΡΗ κακὰ, Ταύτην ἔλεξε παῦλαν. Apollon. Rhod. I. 301. Ἐπεὶ μάλα δεξιὰ ΦΟΙΒΟΣ ΕΧΡΗ. * * * *

As the author professes, in his title page, to have turned some of the Greek into Latin verse, I should produce a specimen of his performance in that way; but, to speak ingenuously, I think he has been impolitic in choosing such difficult and unpromising originals. Without doubt, the fault is in the materials, not in the artificer*. To translate Hermesianax, or Hedyllus, to any purpose, he should have been first sure of their sense. Even the great Grotius himself, when he translated the

* Drydenum adumbravit Porsonus, *Of the Original and Progress of Satire: The fault was in the tools, and not in the workman.*

scattered fragments of Greek poets, committed a multitude of the gross-est mistakes. But had Grotius succeeded ever so well, that success could give no inferior critic or poet a reasonable pretext to follow his example.

 VERSIONES LATINÆ.

- Qualem (*nosti*) carus Œagri filius reduxit
 Agriopen, Thracia instructus cithara,
 ex Orco. Navigavit vero improbam et intractabilem regionem,
 ubi Charon communem (*s. insatiabilem*) trahit in cymbam
 animas defunctorum, et paludis late resonat 5
 unda, ex vastis profluens arundinetis.
- Constanti tamen animo juxta fluctus solitarium carmen cithara cecinit
 ORPHEUS, omnigenosque flexit Deos,
 ipsumque Cocytum horrendum, superciliis subridentem.
 Quin et truculenti adspectum tulit canis, 10
 igne vocem acuentis, igneque acuentis obtutum
 durum, triplici ex capite terrores inferentem.
- Ibi suo cantu magnos flexit reges, eisque persuasit,
 Agriopa ut dulcis vitæ reciperet spiritum.
 At nec filius Selenes inhonoratam præstitit 15
 MUSÆUS, Gratiarum amasius, Antiopen :
 quæ (*virginibus*) multorum votis expetitis in Eleusinis solo
 lætas voces occultorum efferebat oraculorum,
 Rhariæ sacerdos frustra ministrans
 Cereri: celebrata vero est etiam in Orco. 20
- Dico vero etiam Bœotum relicta domo
 HESIODUM, omnis custodem doctrinæ,
 Ascraeorum venisse in Heliconidem vicum :
 ubi Eœam ambiens Ascraicam
 multa passus est, et omnes sermonum suorum libros conscripsit, 25
 carminum ab hac puella primo auspicio capto.
- Ipsè vero ille cantor, quem Sors ex Jove custodit
 suavissimum omnium deum Musas-colentium,
 tenuem in Ithacam contendit divinus HOMERUS
 suis cum carminibus, prudentis Penelopæ caussa : 30
 quam propter multa passus, exiguam insulam habitatum concessit,
 longe a lata remotus patria :
 deflevitque Icari genus, et Amycli gentem
 Spartamque, propriorum sensu malorum tactus.

MIMNERMUS vero, suavem qui reperit, multa perpessus, sonum, et mollis pentametri spiritum, ardebat Nannus amore : et cana adhuc sæpe tibia, prurigne concitatus, comessiones cum ea instituebat.	35
Oderat Hermobium semper violentum : item Pherecli inimico infensus, talia carmina misit.	40
Lydæ vero Lydiae ANTIMACHUS amore captus, Pactoli amnis adiit fluenta.	
Mortuam vero Sardica sub arida posuit terra plorans ; et cum lamentis (<i>eam</i>) relinquens abiit altam Colophonem, querelisque replevit libros sacros, ab omni labore requiescens.	45
Lesbius ALCÆUS quot susceperit comessiones, Sapphus cithara canens amabile desiderium, nosti. Amabat nempe lusciniam cantor, et carminum solertia doloribus Teium virum urebat.	50
Cum hac enim consuevit etiam mellifluus ANACREON, ornata multas inter Lesbias : veniebatque, modo Samum relinquens, modo ipsam vini feracem armis subjugatam patriam,	
In Lesbum vino excellentem, promontoriumque sæpe conspiciebat Lectum in opposito Æolici fluctus litore.	56
Attica vero apes (<i>nosti</i>) qualia, multi-collem relinquens clivum, cecinerit chororum in stationibus.	
Bacchum et Amorem divino honorare cantu Jupiter dedit SOPHOCLE. — —	60
Dico vero et illum semper caventem virum, qui omnium odium incurrit ex abstinentia [<i>sive, ob convicia</i>] omnes circa mulieres, obliquo percussum arcu, nocturnos non deposuisse dolores.	
Sed Macedoniae vias omnes pervagatus est, Ægeorum quærens præfectum Archelai ; donec Deus EURIPIDI reperit exitium, diris occurrenti canibus, ut de vita ejus ageretur.	65
Virum vero Cytherium, quem educarunt nutrices, Bacchi tibiæque fidissimum promum condum, Musæ, alumnum PHILOXENUM, quo pacto percussus clamore per hanc venerit urbem, nosti ; audivisti enim ingens desiderium Galateæ, quod ipsis ovium supposuit primogenitis.	70
Nosti vero etiam cantorem illum, quem Eurypyli cives Coi æneum posuerunt, sub platano qui	75

Battidem cecinit alacrem, PHILETAM, qui cuncta
 vocabula omnemque posteris conservavit sermonem.
 Nec vero quicumque hominum durum vitæ institutum
 secuti sunt, tortuosam quærentes sapientiam, 80
 nec rursus quos acerba ratiocinationum constrictos habet scientia,
 aut valida virtus quæ orationem curat: [*vel*, orationis virtus, quæ
 in honore habetur:]
 ne hi quidem dirum amoris aversati sunt tumultum,
 cum se illis offerret; sed gravis aurigæ jugo colla submittere.
 Qualis quidem Samium furor adligavit Theanoni 85
 PYTHAGORAM, qui complicatarum Geometriæ figurarum pulcram
 scientiam
 invenit, et magnum cœli orbem, quantum quantum cingit æther,
 minuta in sphæra totum digessit.
 Qualem porro accendit in SOCRATE, quem oportebat superiorem 90
 vulgo esse hominum in sapientia,
 Cypris irata vehementiam ignis. Ex profundo ille suo
 animo levioribus operam dedit curis,
 domum Asiae frequentans: nec vero exitum
 reperit is, qui cuique quæstioni propositæ plures exitus noverat.
 Cyrenæum virum solertem intra Isthmum amor 95
 traxit, et Peloponnesiam (*sive*, et sibi haud facilem) deperiit Laidem
 acutus ARISTIPPUS, omnes autem repudiavit disputationes
 fugitque, et nugatoriam edidit vitam.

SCHWEIGHÆUSER.*

*Eadem Versio reformata, et partim ad textum Dindorfianum, partim etiam
 ad emendationes propositas, accommodata.*

Qualem (*O! Leontium, nosti*) carus Œagri filius eduxerit
 Agriopam, Thracia instructus cithara,
 ex Orco. Navigavit vero in impiam et intractabilem regionem,
 ubi Charon capacem trahit in cymbam
 animas defunctorum, et super paludem alta voce clamat, 5
 ex proceris arundinibus fluentum pertrahentem.
 Sed pertulit juxta fluctus solitarius citharizans
 ORPHEUS, et omnigenos flexit deos:
 Cocytumque, præter solitum superciliis subridentem,
 atque etiam gravissimi aspectum tulit canis, 10
 igne vocem acuentis, igne autem obtutum
 durum, ternis capitibus terrorem afferentem.

* Textus Schweighæuserani cum Dindorfiano collationem vide in Præfatione.

- Inde cantando magnos (*illos*) flexit reges,
ut Agriopa mollis vitæ reciperet spiritum.
- At neque Lunæ filius inhonoratam præstitit 15
MUSÆUS, Gratiarum custos, Antiopam ;
quæ multis procis ambita quondam, juxta Eleusinis extremitatem, (*h. e.*
in Eleusinis suburbio)
faustas acclamations occultorum efferebat effatorum,
Rhariæ sacerdos incassum ministrans
Cereri: nota vero est etiam in Orco. 20
- Dico autem et Bœotum, relicta domo,
HESIODUM, omnis custodem scientiæ,
Ascræorum sponte sua venisse in Heliconidem vicum :
unde ille, Eœam ambiens Ascraicam,
multa passus est, omnesque sermonum (*h. e. commentariorum*) suorum
conscripsit libros, 25
carminum a puella primo auspicio capto.
- Iipse vero ille cantor, quem Fors ex Jove custodit
suavissimum omnium deum poetarum,
tenuem in Ithacam contendit divinus HOMERUS
suis cum carminibus, prudentis Penelopæ causa : 30
quam propter multa passus, exiguam insulam habitatum concessit,
longe a lata remotus patria :
deflevitque Icari genus, et populum Amycli
Spartamque, propria secum meditans mala.
- MIMNERMUS vero, suavem qui reperit, multa perpressus, 35
sonum, et a molli pentametro flamen,
ardebat Nannonem ; et sæpe cum adunca tibia
capistratus comissatum ibat una cum ea viam conficiens.
Inimicum autem Hermobium, semper infensum, et Phereclem
inimicum odio habens, talia edidit carmina. 40
- Lydæ vero ANTIMACHUS Lyseidis amore
perculsus Pactoli amnis adiit fluentum :
in Pergamo autem mortuam sub arida posuit terra,
et næniam cantans, ea relicta, venit
altam Colophonem ; et sermonibus (*h. e. commentariis*) suis implevit
libros 45
sacros, ab omni labore requiescens.
- Lesbius vero ALCÆUS quot susceperit comissiones,
Sapponis cithara canens amabile desiderium,

- nosti. Amabat nempe lusciniam cantor, carminum suorum
Teium virum urens solertia. 50
- Namque cum illa consuevit mellifluus ANACREON,
psallentem (*ipsum*) auscultante multas inter Lesbias :
ventitabatque, modo Samum relinquens, modo ipsam
vini feracem jam armis subjugatam patriam,
in Lesbum vino excellentem : et profecto promontorium prospexit Lec-
tum 55
sæpius in opposito Æolici fluctus litore.
- Attica autem (*nosti*) qualia apis, columbis abundantem Colonom
linquens, in tragicis cecinerit choreis,
Bacchum et Amorem narrans : etenim ætherius
Archippam seni Jupiter dedit SOPHOCLE. 60
- Dico vero et illum semper caventem virum,
et omnium odium incurrentem a teneris unguiculis
omnes circa mulieres, lunato percussum
arcu, nocturnos non deposuisse dolores. 65
Sed Macedoniæ omnes circumiit vicos,
et Æginonem sectatus est Archelai cellariam ;
donec tibi deus, EURIPIDES, reperit exitium,
diris occurrenti canibus, ut de vita tua ageretur.
- Virum vero, quem e Cytheris oriundum aluere nutrices,
Bacchi tibiæque fidissimum custodem, 70
Musæ (*ab ipsis*) educatum PHILOXENUM, quo pacto percussus
acclamatione (*civium*) per hanc venerit urbem,
nosti, cum audieris ingens desiderium Galatææ, quod
ipsis ovium subdidit primogenitis.
- Nosti vero etiam cantorem illum, quem Eurypyli cives 75
Coi æneum posuerunt sub platano,
Bittidem canentem celerem, PHILETAM tota sua
carmina et omnem loquacitatem (*illi*) circumfundentem.
- Nec vero quicumque hominum duram vitam
nacti sunt, tortuosam anquirentes sapientiam, 80
quos ipsa circa prudentia ratiocinationibus constrinxit solertia,
et valida disputationum, gloriam secum ferens, vis ;
ne hi quidem dirum amoris aversati sunt tumultum
sese ostendentem, sed gravis aurigæ jugo colla submiserunt.
- Qualis quidem (*nosti*) Samium furor devinxit Theanonis 85
PYTHAGORAM, qui complicatarum Geometriæ figurarum elegantias

invenit, et orbem, (*cæli*) quantum cingit æther,
exigua in sphæra totum digessit.

Quali autem SOCRATEM calefecerit, quem principem oraculo edidit
Apollo hominum esse in sapientia, 90

Venus irata ignis violentia. Egessit vero
ex profundo animo leviores sollicitudines,
in domo Aspasie versans; nec vero exitum
reperit is, qui quæstionum multos exitus noverat.

Porro virum Cyrenæum intra Isthmum amor traxit 95
gravis, quando delicatam Laidem amavit
acer ARISTIPPUS, fugitique et omnes repudiavit disputationes philoso-
phicas,
nec (*domi*) manendo ab Ephyra semotus vixit.

J. B.

VERSIONES ANGLICÆ.

Such was the nymph, whom ORPHEUS led
From the dark regions of the dead,
Where Charon with his lazy boat
Ferries o'er Lethe's sedgy moat;
Th' undaunted minstrel smites the strings, 5
His strain thro' hell's vast concave rings:
Cocytus hears the plaintive theme,
And refluent turns his pitying stream;
Three-headed Cerberus, by fate
Posted at Pluto's iron gate, 10
Low-crouching rolls his haggard eyes
Ecstatic, and foregoes his prize.
With ears erect at hell's wide doors
Lies list'ning, as the songster soars;
Thus music charm'd the realms beneath, 15
And beauty triumph'd over death.
The bard, whom night's pale regent bore,
In secret, on the Athenian shore,
MUSÆUS, felt the sacred flame,
And burnt for the fair Theban dame 20
Antiope, whom mighty Love
Made pregnant by imperial Jove;

The poet plied his amorous strain,
 Press'd the fond fair, nor press'd in vain,
 For Ceres, who the veil undrew, 25
 That screen'd her mysteries from his view,
 Propitious this kind truth reveal'd,
 That woman close besieg'd will yield.

Old HÆSIOD too his native shade
 Made vocal to th' Ascrean maid ; 30
 The bard his heav'n-directed lore
 Forsook, and hymn'd the gods no more :
 Soft love-sick ditties now he sung,
 Love touch'd his harp, love tun'd his tongue,
 Silent his Heliconian lyre, 35
 And love's put out religion's fire.

HOMER, of all past bards the prime,
 And wonder of all future time,
 Whom Jove with wit sublimely blest,
 And touch'd with purest fire his breast, 40
 From gods and heroes turn'd away
 To warble the domestic lay,
 And wand'ring to the desert isle,
 On whose parch'd sands no seasons smile,
 In distant Ithaca was seen 45
 Chanting the suit-repelling Queen.

MIMNERMUS tun'd his amorous lay,
 When time had turn'd his temples grey ;
 Love revell'd in his aged veins,
 Soft was his lyre, and sweet his strains ; 50
 Frequenter of the wanton feast,
 Nanno his theme, and youth his guest.

ANTIMACHUS with tender art
 Pour'd forth the sorrows of his heart ;
 In her Dardanian grave he laid 55
 Chryseis his beloved maid ;
 And thence returning sad beside
 Pactolus' melancholy tide,
 To Colophon the minstrel came,
 Still sighing forth the mournful name, 60
 Till lenient time his grief appeas'd,
 And tears by long indulgence ceas'd.

ALCÆUS strung his sounding lyre,
 And smote it with a hand of fire,

VERSIONES ANGLICÆ.

93

To Sappho, fondest of the fair, Chanting the loud and lofty air.	65
Whilst old ANACREON, wet with wine, And crown'd with wreaths of Lesbian vine,	
* * * *	
* * * *	70
Ev'n SOPHOCLES, whose honey'd lore Rivals the bee's delicious store, Chorus'd the praise of wine and love, Choicest of all the gifts of Jove.	
EURIPIDES, whose tragic breast	75
No yielding fair one ever press'd, At length in his obdurate heart Felt love's revengeful rankling dart,	
* * * *	
* * * *	80
'Till vengeance met him in the way, And blood-hounds made the bard their prey.	
PHILOXENUS, by wood-nymphs bred On fam'd Cythæron's sacred head, And train'd to music, wine and song,	85
'Midst orgies of the frantic throng, When beauteous Galatea died, His flute and thyrsus cast aside ; And wand'ring to thy pensive coast, Sad Melos ! where his love was lost,	90
Each night through the responsive air Thy echoes witness'd his despair : Still, still his plaintive harp was heard, Soft as the nightly-singing bird.	
PHILETAS too in Battis' praise	95
Sung his long-winded roundelays ; His statue in the Coan grove Now breathes in brass perpetual love.	
The mortified abstemious sage, Deep read in learning's crabbed page,	100
PYTHAGORAS, whose boundless soul Scal'd the wide globe from pole to pole, Earth, planets, seas and heav'n above, Yet found no spot secure from love ;	
With love declines unequal war,	105
And trembling drags his conqueror's car ;	

Silent his throat of flame, his eyes of fire
 Quench'd in ecstatic slumber, as he lay.
 Thus Hell's stern rulers hearken'd to his lyre,
 And gave the fair one back to upper day. 24

II.

Nor did MUSÆUS, Luna's heav'nly child,
 And high-priest of the Graces, leave unsung
 The fair ANTIOPÉ, in accents wild,
 As fell th' impassion'd language from his tongue : 28

Who, woo'd of many suitors, at the shrine
 Of mystic Ceres, by Eleusis' brow,
 Chanted the high response in strains divine,—
 And op'd the secret springs,—and taught to know 32

The heav'n-drawn truths, in holy rapture lost.
 But naught avail'd her zeal;—in evil hour,
 Theme of the lyre below, her hopes were cross'd :
 Death cropp'd the stalk, that bore so fair a flow'r. 36

III.

I tell thee too, that the Bœotian bard,
 Sage HESIOD, quitted the Cumæan shore,
 A wand'rer not unwilling,—afterward
 In Heliconian Ascra seen to soar, 40

Deathless upon the mighty wings of fame.
 'Twas there he woo'd EÆA, peerless maid,—
 And strove to achieve her love,—and with her name
 Prefac'd his verse, with hallow'd lore inlaid. 44

IV.

Enravis'd HOMER, ward of Fate from Jove,
 Prince of melodious numbers, toil'd his way
 To barren Ithaca,—and tun'd, for love
 Of chaste PENELOPE, the am'rous lay ; 48

Forgot his native land, and bade adieu
 To wide Ionia, for the island drear,
 And wail'd Icarus' house, and Sparta too,
 And dropp'd himself the sympathetic tear. 52

V.

MIMNERMUS, school'd in hardship, who first taught
 To breathe soft airs of elegiac song,
 Fair NANNO ask'd, and had; and often sought,
 As by her side he blithly trudg'd along, 56

The merry wake,—a ready piper arm'd
 With mouth-piece aptly fitted: and, with worse
 Than deadly hate and indignation warm'd,
 Hermobius and Pherecles lash'd in verse. 60

VI.

ANTIMACHUS, for beauteous LYDA's love,
 Hied him to rich Pactolus' golden tide:
 But, welladay! his bliss stern Fate unwove;
 Short was her doom,—in Pergamus she died,— 64

And in her grave was laid in prime of age.
 He, full of lamentation, journey'd on
 To Colophon,—and on the sacred page
 Enter'd his tale, and ceas'd, his mission done. 68

VII.

And well thou know'st, how fam'd ALCÆUS smote
 Of his high harp the love-enliven'd strings,
 And rais'd to SAPPHO's praise th' enamour'd note,
 Midst noise of mirth and jocund revellings: 72

Ay, he did love that nightingale of song
 With all a lover's fervour,—and, as he
 Deftly attun'd the lyre, to madness stung
 The Teian bard with envious jealousy. 76

For her ANACREON, charming lyrist, woo'd,
 And fain would win, with sweet mellifluous chime,
 Encircled by her Lesbian sisterhood;—
 Would often Samos leave, and many a time, 80

From vanquish'd Teos' viny orchards, hie
 To viny Lesbos' isle,—and from the shore,
 O'er the blue wave, on Lectum cast his eye,
 And think on by-gone days, and times no more. 84

VIII.

And how, from steep Colonus' rocky height,
 On lightsome pinions borne, the Attic bee*
 Sail'd through the air, and wing'd her honied flight,
 And sang of love and wine melodiously 88

In choric numbers : for ethereal Jove
 Bestow'd on SOPHOCLES ARCHIPPE'S charms,
 Albeit in eve of life,—and gave to love
 And fold the yielding fair one in his arms. 92

IX.

Nay, I aver, in very sooth, that he,
 Dead from his birth to love, to beauty blind, /
 Who, by quaint rules of cold philosophy,
 Contemn'd the sex, and hated womankind,— 96

That he,—e'en he,—with all his stoic craft,
 Gave to imperial Love unwilling way,
 And, sore empierc'd with Cupid's tyrant shaft,
 Could neither sleep by night, nor rest by day; 100

What time, in Archelaus' regal hall,
 ÆGINO, graceful handmaid, viands brought
 Of choicest savour, to her master's call
 Obsequious, or wine's impurpled draught : 104

Nor didst thou cease, through streets and highways broad,
 EURIPIDES! to chase the royal slave,
 Till vengeance met thee, in his angry mood,
 And deep-mouth'd bloodhounds tore thee to the grave. 108

X.

And him too of Cythera,—fosterchild
 Of all the Muses, train'd to love and song,—
 PHILOXENUS,—thou knowest,—how with wild
 And loud acclaim, (as late he pass'd along 112

Through Colophon) and shouts of joyfulness,
 The air was riv'n : for thou didst hear the tale
 Of GALATEA lost, fair shepherdess,
 Whom e'en the firstlings of her flock bewail. 116

* A name given to Sophocles from the harmoniousness of his verse.

XI.

Nor is PHILETAS' name to thee unknown,
 Than whom a sweeter minstrel never was ;
 Whose statue lives in his own native town,
 Hallow'd to fame, and breathes in deathless brass, 120

Under a platane,—seeming still to praise
 The nimble BRITIS, in the Coan grove,
 With am'rous ditties, and harmonious lays,
 And all the art, and all the warmth of love. 124

XII.

And they of humankind, (to crown my song)
 Who, in th' austereness of their life, pursu'd
 Knowledge abstruse, her mazy paths among,—
 And sought for hidden lore,—and ceaseless woo'd 128

The Muse severe, couching her doctrines sage
 In cogent language, marring ev'ry clog
 To intellectual sense, on reason's page ;—
 Or, in the philosophic dialogue, 132

Moulded th' important truths, they meant to prove,
 In milder form, and pleas'd and reason'd too ;—
 E'en these confess'd the mighty pow'r of Love,
 And bow'd the neck, nor could his yoke eschew. 136

XIII.

PYTHAGORAS, the Samian sage, who taught
 To solve the knots, perplex and intricate,
 Of fair geometry, and whilom brought
 Into a narrow sphere's brief compass strait 140

The stars of heav'n, in order absolute ;
 With frantic passion woo'd THEANO'S charms,
 Infuriate,—nor ceas'd his am'rous suit,
 Till he had clasp'd the damsel in his arms. 144

XIV.

And what a flame of love the Paphian queen
 Lit, in her wrath, in the enamour'd breast
 Of SOCRATES,—whom of the sons of men
 Apollo nam'd the wisest, and the best ! 148

He in *ASPASIA*'s house each lighter care
 Chas'd from his breast, when at her side he sate
 In am'rous parley,—and, still ling'ring there,
 Could find no end to love, or love's debate. 152

XV.

Shrewd *ARISTIPPUS*, Cyrenean sage,
 To the Corinthian Isthmus' double shore
 Wended his way, his passion to assuage,—
 And shun'd the calm retreats, he lov'd before; 156

Forsook the far-fam'd Athens,—inly mov'd
 By *LAIS*' charms, by *LAIS* lur'd astray,—
 And in voluptuous Eph'ra liv'd,—and lov'd,—
 From Academic bowers far away. 160

J. B.

APPENDIX.

ARCHILOCHUS¹.

Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μεθυ,
 * * * ὦν οὔτε τίμον * * * εἰσήνεγκας *²
 οὔτε μὴν κληθεῖς * * * ἦλθες, οἶα δὴ φίλος·
 ἀλλά σ' ἢ γαστήρ³ νόον τε καὶ φρένας⁴ παρήγαγεν
 εἰς ἀναιδίην⁵. 5

Apud *ATHEN.* I. p. 8. A.

NOTÆ IN ARCHILOCHUM.

¹ Hujus Fragmenti lacunas ad hunc modum supplevit, versusque emendatos divisit, Porsonus *Advers.* p. 45. [Ἐσθίων'] ὦν οὔτε τίμον



[οὔτιν'] εἰσενήνοχας, | οὔτε μὴν κληθεῖς ἐς ἡμᾶς ἦλθες, οἶα δὴ φίλος· | ἀλλά σ' ἡ γαστήρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν | eis ἀναιδείαν. Idem tamen in secundo versu ἐφ' ἡμᾶς habet *Tracts* p. 232. Est *Fragm.* LXXXVIII.

² “Nimis Atticum est, quod Archilocho restituere voluit Porsonus, εἰσενήνοχας: neque satis bene Græcum οὔτε μὴν; debuit enim οὐδὲ μὴν. Lege igitur: Ἐσθίων θ' ὦν οὔτε τῖμον εἰσένεγκας πώποτε, Οὐδὲ μὴν—”. BURGES.

³ Hom. Od. H. 216. οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο | ἔπλετο, κ. τ. λ.

⁴ Hesiod. Scut. Herc. 149. σχεγλίη, ἥ ῥα νόον τε καὶ ἐκ φρένας εἵλετο φωτῶν. Id. Theog. 554. χῶσατο δὲ φρένας, ἀμφὶ χόλος δὲ μιν ἵκετο θυμόν. Hom. Il. A. 193. ἕως ὁ ταῦθ' ὤρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν. Adde O. 163. Similiter Δ. 309. τόνδε νόον καὶ θυμόν ἐνὶ στήθεσσι εἶχοντες. Aristoph. Ran. 535. ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστι νοῦν ἔχοντος καὶ φρένας. Imitati sunt Latini. Plaut. Trin. II. 4. 53. *Satin' tu sanus mentis, aut animi tui, | qui conditionem hanc repudies?* Lucret. III. 399. *Nam sine mente animoque nequit residere per artus | temporis exiguam partem pars ulla animai.* Cic. de Senect. c. 11. *Nec corpori solum subveniendum est, sed menti atque animo multo magis.* Adde Virg. *Æn.* VI. 11. Horat. Epist. I. 14. 8.

⁵ Hom. Il. O. 128. μαινόμενε, φρένας ἦλὲ, διέφθορας· ἦ νύ τοι αὔτως | οὔατ' ἀκούμεν ἐστὶ, νόος δ' ἀπόλωλε καὶ αἰδώς; Hesiod. Op. et D. 321. οἶά τε πολλὰ | γίνεται, εὐτ' ἂν δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ | ἀνθρώπων, αἰδῶ δὲ τ' ἀναιδὴ κατοπάζῃ.

GLOSSARIUM IN ARCHILOCHUM.

V. 1. Πολλὸν καὶ χαλίκρητον. Formulam illustrat Blomfieldius ad *Æsch. Pers.* 249. Vide et quæ nos ad *Anal. Gr. Min. Dalzel.* p. *29. Stowius nostras, *The Annales of England* p. 562. de Henrico quinto: *Receiving on his helmet and on the residue of his armour, many and great strokes.*

Ibid. χαλίκρατος, et Ionice χαλίκρητος, *merus, meracus, purus.* *Æschyli* *Fragm.* apud Eustath. ad Od. Γ. 332. p. 132. 10. Bas. σπονδαὶ χαλίκρητοι. *Apoll. Rhod.* I. 473. πῖνε χαλίκρητον λαρόν μέθυ: qui χαλίκρητον μέθυ paulo post ζωρὸν μέθυ appellat. *Hesychius:* Χαλίκρατον. εὔκρατον, ἄκρατον. *Suidas:* Χαλίκρητος πότος. ὁ χαλῶν τὰς φρένας. ἢ κατὰ στέρησιν τοῦ χά, (lege χ') ἴν' ἢ ἄλις ἄκρατον ἔχων· τούτέστιν, οἶνον. καὶ χαλικρήτῳ, μὴ κεκραμένῳ, ἐν Ἐπιγράμματι· Κεῖτο χαλικρήτῳ νόματι

βριθομένη. Sic χαλίκρατον μέθυ non tantum ἄκρατον, verum etiam τὸ χαλῶν τὰς φρένας exponit Schol. ad Apoll. l. c. qui protinus subjungit Atheniensibus χάλιν dici τὸν ἄκρατον, additque, Αἰσχύλος δὲ καὶ τὰς Βάκχας χαλιμίας (χαλίδας Schæferus: debuit Χαλιμάδας) φησὶ λέγεσθαι. Est autem χαλίκρατος a Χάλις, (mitto enim ceteras derivationes ut plane ineptas) et κεράννυμι. Fuit Χάλις Bacchi nomen, ab Ægypto fortassé oriundum, et exinde, usu tralatitio satis obvio, *vinum meracum, merum*, significabat. Eustath. l. c. Χάλις γὰρ φασιν, ὁ Διονύσιος. ἐξ ἐκείνου δὲ, καὶ ὁ ἄκρατος οἶνος. ὄθεν καὶ Χαλιμάς γυνὴ κατὰ τοὺς παλαιούς, ἢ ὑπὸ μέθης χαλωμένη τὸ σῶμα. Hesychius: Χάλις. ὁ ἄκρατος οἶνος. καὶ ὁ μεμηνὼς καὶ κεχαλασμένος τὰς φρένας. Hipponax apud Schol. Lycophr. 579. ὀλίγα φρονούσιν οἱ χάλιν πεπωκότες. Etymol. Mag. χαλίφρων, κυρίως ὁ ἐν μέθῃ ἀφραίνων· χάλις γὰρ ὁ ἄκρατος οἶνος, παρὰ τὸ χαλᾶν καὶ ἀνιέναι ἀραρυίας τὰς φρένας· ἢ ὁ εὐήθης, παρὰ τὸ κεχαλαῶσθαι τὰς φρένας· καὶ τὰς Βάκχας Χαλιμάδας ἔλεγον, τὰς χαλωμένας πρὸς συνουσίαν· καὶ χαλιμάζειν ἔλεγον, τὸ περὶ τὰς συνουσίας πείθεσθαι· καὶ καγχαλίζειν, ἀπὸ τοῦ χαλᾶν τὰς φρένας πρὸς τὸ πάθος, καὶ ἀπὸ τοῦ χάλις ὁ οἶνος. Etymol. Gud. Χαλίφρων, κυρίως ὁ μέθυσος λέγεται· χάλις γὰρ ἄκρος οἶνος, παρὰ τὸ χαλᾶν τὰς φρένας. ubi χάλις γὰρ ὁ ἄκρατος quivis ex Etymologo Magno facile reponet. Orion Thebanus: Χαλίφρων. κυρίως ὁ μέθῃ ἀφραίνων. χάλις γὰρ ὁ ἄκρατος. παρὰ τὸ χαλᾶν καὶ ἀνιέναι ἀραρυίας φρένας.

Ibid. μέθυ, *temetum, vinum*. Hom. Od. H. 179. Ποντόνοε, κρητῆρα κερασσάμενος, μέθυ νεῖμον | πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον, ἵνα καὶ Διὶ τερπικεραύνῃ | σπείσομεν, ὄσθ' ἰκέτησιν ἄμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. | Ἔως φάτο· Ποντόνοος δὲ μελίφρονα Φοῖνον ἐκίρνα. Eustath. ad Od. Γ. 380. p. 135. 31. Bas. παρὰ τὸ μεθίεσθαι τοὺς παλαιούς εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν ἐν τῷ τιμᾶν τὸ θεῖον, τὸ μὲν ποτὸν ἐκαλεῖτο μέθυ. Hesychius: Μέθυ. οἶνος. ὄθεν τὸ, Μεθύσκεσθαι. Etymol. Mag. Μεθύω, γίνεται ἐκ τοῦ μέθυ, ὃ σημαίνει τὸν οἶνον· μέθυ δὲ ὁ οἶνος, ἀπὸ τοῦ μεθίειν καὶ ἀμελεῖν τοὺς πίνοντας αὐτόν. Idem: Μεθύω, παρὰ τὸ μέθη· τοῦτο παρὰ τὸ μὴ θεῖν ἡγουν τρέχειν· οἱ γὰρ μεθύοντες ἀκίνητοι εἰσὶ, μέχρις ἂν ἀπομεθυσθῶσιν. Etymol. Gud. Μέθυσο, παρὰ τὸ μέθηες, (lege μέθυ) ὃ σημαίνει τὸν οἶνον· καὶ Ὅμηρος, (Il. H. 471.) Καὶ μέθυ, χίλια μέτρα· τοῦτο παρὰ τὸ μέθη· τοῦτο παρὰ τὸ μεθίω, τὸ ἀμελῶ· ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ ἐμέθειν. (an μὴ θεῖν?) Vides de derivatione Grammaticos prorsus nugari. Vox est originis peregrinæ, cujus vestigia etiam apud Cambro-Britannos hodie apparent: scribunt enim *methw*, ejusdem significationis. Vocabulum, ut credibile est, a Phœnicibus olim in Cambriam invectum est; et nescio annon ad rem sit Ægyptiacum Μεθυερ, quod cognomen Isidis fuit, teste Plutarcho de Is. et Os. p. 374. B. Forma autem, quæ

Æolibus inolevit, *τέμεθν*, vel potius *τέμερν*, fuisse videtur, unde Latinum *temetum*, (a quo fiunt *temulentus*, et *abstemius*) quam et ipsam priscam vocem fuisse notant Festus in v. Gell. X. 23. et Plin. XIV. 13.

V. 2. *τίμος*, *pretium*. Æsch. Choeph. 903. *ποῦ δῆθ' ὁ τίμος, ὄντιν' ἀντεδεξάμην*; ubi vide notam Blomfieldii, et Glossarium in l. Hic autem valet *symbola*, Angl. *a shot*, vel *a reckoning*; et *τίμον εἰσήνεγκας* vertendum *symbolam contulisti*, vel *dedisti*, collato Terent. Andr. I. 1. 61. Cf. Timoclem Athenæi VI. p. 237. F. *οὐ γὰρ μὴ τίθενται συμβολαί, | πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορεύεται*.

V. 3. *κληθεῖς*, *vocatus*, de conviva, Angl. *bidden*, *invited*. Machon Athen. VI. p. 244. B. *κληθεῖς ἐπὶ δεῖπνον ὁ παράσιτος Ἀρχεφῶν | ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, κ. τ. λ.* Eubulus ibid. I. p. 8. B. *εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο | ἐπὶ δεῖπνον ἄμαχοι*. Plaut. Men. III. 1. 11. *Qui esum neque vocantur, neque vocant*. Terent. Eun. II. 2. 28. *Salutant; ad cœnam vocant*.

Ibid. *οἶα, ceu, ut, sicut*. Vide infra Glossar. in Pratin. v. 6.

V. 4. *παράγω*. *præter rectam viam duco, in transversum ago*, Angl. *I lead astray*. Pind. Pyth. XI. 38. *ἢ ἐτέρῳ λέχει δαμαλιζομένην | ἐννύχιοι παράγον κοῖται*; Eurip. Iph. T. 479. *ἢ γὰρ τύχη παρήγαγ' εἰς τὸ δυσμαθές*. Hesychius: *Παρήγαγεν. ἤνεγκεν. ἢ ἠπάτησεν*. Similis est vis præpositionis in illo Archilochi, *πάτερ Λυκάμβρα, ποῖον ἐφράσω τόδε; | τίς σὰς παρήειρεν φρένας*; Est Fragm. LXXXIV. Hesychius: *Παρηέρθη. παρηνέχθη*. Unde patet in priore Hesychii loco, pro *ἤνεγκεν*, reponendum esse *παρήνεγκεν*. Nam quod a Wesselingio notatum est, eum morem esse Glossatorum, ut præpositiones in talibus sæpe prætermittant, id in Hesychio nequaquam ferendum est. Vide Kœn. ad Gregor. p. 501.

V. 5. *ἀναίδιη*, Ionicum pro *ἀναΐδεια*, *impudentia*. Audiendus Elmsleius ad Eurip. Med. 608, 9. “*Ἀναΐδειη*, et similia ab adjectivis in *ἡς* derivata substantiva, quæ passim apud Homerum leguntur, vitiosa esse ante hos annos quindecim declaravi. Nunquam fuerunt nisi duæ horum substantivorum formæ. Prior est *ἀναΐδία* sive *ἀναΐδιη*, ut *φιλία* sive *φιλίη*. Hac sola usi sunt Homerus, Hesiodus ceterique veteres. Altera est *ἀναΐδεια*, ut *βασίλεια*, *regina*, a solis Atticis, ni fallor, usurpata. Grammatici vero, quorum præpostera metri cura *ἀναΐδειην ἐπιειμένε* et similia apud Homerum invexit, tertiam formam finxerunt, *ἀναΐδεια*, ut *βασιλεία*, *regnum*, quæ non magis legitima est quam *φιλία*. Scribendum igitur *ἀναΐδιην ἐπιειμένε* apud Homerum, *ἀναΐδιη κατοπάζη* apud Hesiodum, *ἀναΐδιη δὲ καὶ ὕβρις* apud Theognidem, idemque de metro statuendum quod de *ἡς ὑπεροπλήσι* aliisque sexcentis syllabæ brevī inter duas longas inclusæ exemplis.” Ceterum ad locu-

tionem παρήγαγεν εἰς ἀναιδίην conferendum est illud Eurip. Iph. A.
378. μὴ λίαν ἄνω | βλέφαρα πρὸς τὰναιδὲς ἀγαγών.

VERSIONES LATINÆ.

Multum vero bibens et purum merum,
quorum nec pretium contulisti, nec vero
vocatus venisti, veluti amicus : sed tibi
gula mentem sensumque ademit,
impudentemque effecit.

5

SCHWEIGHÆUSER.*

————— Multumque potans et meraculum merum,
Et comedens, quorum nec ullum contulisti hilum preti,
Non vocatus introisti ad nos, amicus ut solet ;
Sed tuus te mentem animumque venter ad impudentiam
Impulit transvorsum agens.

5

J. B.

VERSIONES ANGLICÆ.

Glutton, we ask thee not to be our guest,
It is thy belly bids thee to our feast.

CUMBERLAND.

——— Faith ! but you quaff
The grape's pure juice to a most merry tune,
And cram your hungry maw most rav'nously,
And pay for 't—not a doit. But mark me, Sirrah !
You come not here invited, as a friend.
Your appetite is gross ;—your god's your belly ;—
Your mind, your very soul, incorp's'd with gluttony,
Till you have lost all shame.

5

J. B.

* Textum Schweighæuseranum vide in Addendis.

PRATINAS¹.

Τίς ὁ θόρυβος ὄδε²; τί τάδε τὰ χορεύματα;
τίς ὕβρις ἔμολεν ἐπὶ Διονυσιάδα πολυπάταγα θυμέ-
λαν³;

ἔμῶς, ἔμῶς ὁ Βρόμιος·

ἔμὲ δεῖ κελαδεῖν, ἔμὲ δεῖ παταγεῖν

ἀν' ὄρεα θύμενον⁴ μετὰ Ναιιάδων⁵, 5

οἷά τε κύκνον⁶ ἄγοντα⁷

ποικιλόπτερον μέλος.

τᾶν ἀοιδᾶν κατέστας σὺ Πιερίσ⁸ βασίλει· ὁ δ' αὐλὸς⁹
ὑστερον χορευέτω.

καὶ γάρ ἐσθ' ὑπηρέτας κώμων μόνον, 10

θυραμάχοις τε¹⁰ πυγμαχίαισι νέων θέλει¹¹ παρ' οἶνον
ἔμμεναι στρατηλάτας¹².

παῖε τὸν Φρυναίου ποικίλου προανέχοντα¹³,

φλέγε τὸν ὀλεσιανλοκάλαμον¹⁴,

λαλοβαρυνπαραμελορυθμοβάταν 15

θυπατρυνπάνω¹⁵ δέμας πεπλασμένον.

ἦν ἰδοὺ ἄδε σοι δεξιὰ

καὶ ποδὸς διαρριφὰ, θριαμβοδιθύραμβε

κισσόχαιτ' ἀναξ¹⁶, ἄκουε

τὰν ἐμὰν Δώριον χορείαν. 20

Apud ATHEN. XIV. p. 617. C.

NOTÆ IN PRATINAM.

¹ Ut recte intelligatur hoc Fragmentum, sciendum est, ex veterum instituto chorum canentium præire solitum esse, tibicines vero succinere; non versa vice, quod postea factum est, de quo queritur Pratinas. Exscribenda sunt ipsius Athenæi verba, sic præfantis: Πρατίνας δὲ (sub-

intellige φησιν) ὁ Φλιάσιος, αὐλητῶν καὶ χορευτῶν μισθοφόρων κατεχόντων τὰς ὀρχήστρας, ἀγανακτεῖν τινὰς ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον, ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνάδειν τοῖς αὐληταῖς· ὃν οὖν εἶχε θυμὸν κατὰ τῶν ταῦτα ποιούντων ὁ Πρατίνας ἐμφανίζει διὰ τοῦδε τοῦ ὑπορχήματος Ἰῆς ὁ θόρυβος κ. τ. λ*. De quo carminum genere sic Athen. XIV. p. 628. D. καὶ γὰρ ἐν ὀρχήσει καὶ πορείᾳ καλὸν μὲν εὐσχημοσύνη καὶ κόσμος, αἰσχροὺς δὲ ἀταξία καὶ τὸ φορτικόν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐξ ἀρχῆς συνέταπτον οἱ ποιηταὶ τοῖς ἐλευθέροις τὰς ὀρχήσεις, καὶ ἐχρῶντο τοῖς σχήμασι σημείοις μόνον τῶν ἀδομένων, τηροῦντες αἰεὶ τὸ εὐγενὲς καὶ ἀνδρῶδες ἐπ' αὐτῶν, ὅθεν καὶ ὑπορχήματα τὰ τοιαῦτα προσηγόρευον. Cf. Lucian. de Saltatione c. 16. ἐν Δήλῳ δὲ γε οὐδὲ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σὺν ταύτῃ καὶ μετὰ μουσικῆς ἐγίνοντο. παίδων χοροὶ συνελθόντες ἐν αὐλῷ καὶ κιθάρα, οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπορχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι προκριθέντες ἐξ αὐτῶν. τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τούτοις ἄσματα, ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο. Plutarch. de Musica p. 1134. C. ἄλλοι δὲ Ξενόδαμον ὑπορχημάτων ποιητὴν γεγονέναι φασὶ καὶ οὐ παιάνων, καθάπερ Πρατίνας. Ad rem etiam Athen. I. p. 22. A. ὅτι οἱ ἀρχαῖοι ποιηταὶ Θέσπις, Πρατίνας, Κρατῖνος, Φρύνιχος ὀρχησται † ἐκαλοῦντο διὰ τὸ μὴ μόνον τὰ ἑαυτῶν δράματα ἀναφέρειν εἰς ὀρχησιν τοῦ χοροῦ, ἀλλὰ καὶ ἕξω τῶν ἰδίων ποιημάτων διδάσκειν τοὺς βουλομένους ὀρχεῖσθαι ‡. De Pratina autem omnino audiendus est Suidas: Πρατί-

* Commentarii vice fungentur Cumberlandii dicta, *Observer* LI. *Pratinas struck out a considerable improvement in the orchestral part of his drama, by revoking the custom of allowing the minstrels to join in the chaunt or strain with the chorus, and suffering them only to accompany with their pipes: the recitative was by this alteration given more distinctly to the audience, and the clamorous confusion of voices avoided: the people however, not yet weaned from their old prejudice for the noisy bacchanalian songs of their village masques, opposed themselves violently against this refined innovation, and the whole theatre was thrown into confusion, when in the midst of the tumult Pratinas appeared on the stage in person, and in a kind of Salian song, accompanied with dancing, addressed his audience to the following effect: What means this tumult? &c.* Vide et Weston. *Hermesian*. p. 51.

† Ita Dindorfius, auctoritate fretus MS. C. Vulgo ὀρχηστικοὶ, prout citat Bentleius in nota sequenti; quod nec temere, ut opinor, sollicitandum est. Vix enim ὀρχηστῆς, saltator, vel ὀρχηστοδιδάσκαλος generatim audierit, cum neque omnes ὀρχηστοδιδάσκαλοι necessario ὀρχησται fuerint, ut nec versa vice; multo minus carminum ὑπορχηματικῶν scriptor, qui et alteram artem exercebat.

‡ Bentleius, *Dissertation upon Phalaris* p. 264. *The ancient Poets* (says *Athenæus*), *Thespis, Pratinas, Carcinus, and Phrynichus, were called ὀρχηστικοὶ, Dancers: because they not only used much dancing in the Chorus's of their Plays, but they were common Dancing-Masters, teaching any body that had a mind to learn.* Idem *ibid.* p. 234. *The ancient Poets, Thespis, Pratinas, Cratinus, and Phrynichus, were called Ὀρχηστικοὶ, Dancers; because they used dancing so much in their Chorus's.* Itidem ex *Athenæo*; ubi tamen diserte notat, cum Comici nomen loco parum conveniat, *Καρκίνος* vice *Κρατῖνος* reponendum esse.

νας, Πυθρώνιδου, ἢ Ἐγκωμίου. Φλιάσιος. ποιητῆς τραγωδίας. ἀντηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ τε καὶ Χοιρίλῳ ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. καὶ πρῶτος ἔγραψε σατύρους. ἐπιδεικνυμένου δὲ τούτου, συνέβη τὰ ἱκρία, ἐφ' ὧν ἐστήκεσαν οἱ θεαταὶ, πεσεῖν. καὶ ἐκ τούτου θέατρον ᾠκοδομήθη Ἀθηναίοις. καὶ δράματα μὲν ἐπεδείξατο ν'. ὧν σατυρικὰ λβ'. ἐνίκησε δὲ ἅπαξ. Quem locum tetigit Blomfieldius Præf. ad Æsch. Pers. p. V. "Hujus autem Phrynichi præ ceteris ἀντιδιδασκάλους æmulus fuisse videtur Æschylus, circa viginti annis minor; namque hi duo primi auctores tragœdiæ novæ ac lugubris erant, argumento ejus ad fabulas et calamitates converso; quod quum diserte affirmaverit Plutarchus, valde dubium videtur, num Pratinas, quocum Æschylus contendisse narratur, ullas tragœdias, proprie sic dictas, docuerit, quidquid dicat Suidas, qui solus, ut opinor, Pratinæ τραγωδίας memorat." Respexit, ut credibile est, Cumberlandii locum, *Observer* LI. *Pratinas succeeded Thespis, and wrote fifty tragedies, if they may be so called, when two-and-thirty of the number were satiric, or allusive to the Satyrs.* Recte autem, opinor, Pratinæ τραγωδίας commemoravit Suidas; quæ, quanquam antiquioris generis* fuissent, quales, antequam ad fabulas et historias deflexerant Æschylus et Phrynichus, docebant poetæ, non tamen ideo minus recte hoc nomine appellari potuissent. Ceterum hoc Pratinæ carmen ὑπορχηματικὸν citat Julius Cæsar Scaliger Poet. I. 47. notatque pyrrhichiis refertum esse ob celeritatem.

² Horat. Epod. V. 3. *Quid iste fert tumultus?* Et totidem verbis reddidit Westonus Hermesian. p. 52. Plaut. Pœn. I. 1. 79. *Quid istuc tumulti 'st?* Pomponius apud Non. c. 8. n. 7. *Quid hoc est tumulti?* Μοχτίνα pro τί H. Stephanus, in Lyricorum Fragmentis; quod verum censeo. Est senarius ferme volatilis.

³ πολυπαταγαθυμέλαν H. Steph. uno verbo. Saltem πολυπαταγαθυμέλαν. Altera forma analogiæ repugnat, sive ad πολυπάταγος referatur, sive ad πολυπάταξ. Cf. vocabula παταγοδρόμος, παταγοειδῆς et contracte παταγώδης. Vide Etymol. Mag. in Διχόμενος, et notam Sylburgii.

⁴ θύμενον primus Schweighæuserus ex MS. Ven. et Epitomes cod. Paris. Edd. Ald. et Casaubon. cum MS. Pal. ἀν' ὄρεα ἐσσόμενον. Unus Laurent. σύμενον, quod prætulerim. Vide Glossarium.

⁵ Ald. Ναίδων, quam formam exhibet Eurip. Hel. 187. Νύμφα τις οἶα Ναῖς | ὄρεσι φηγάδα νόμον ἰεῖσα γοερόν.

⁶ Eurip. Elect. 151. οἶα δὲ τις κύκνος ἀχέτας | ποταμίους παρὰ χεύμασι κ. τ. λ. Pseud-Anacr. Fragm. I. 8. p. 327. Fischer. ἄτε τις κύκνος Καῦστρου, | πολιοῖσι πτεροῖσι μέλπων | ἀέμου σύναυλον ἠχὴν.

* Vide Bentleium, *Dissertation upon Phalaris*, pp. 234, 264, 274, 278, 287.

⁷ “κύκνον ἄδοντα Casaubon. legit, quia cygni non ἄγουσι μέλος, sed ἄδουσι. Pace tamen magni viri Apollonium de hac specie cantus cygnei laudabo l. IV. 1302. Κύκνοι κινήσωσιν ἐὸν μέλος.” WESTON. Casaubono suffragatur Heringa. ἄγω et ἄδω confusa Achill. Tat. l. c. in Glossario in Hermesian. v. 36. itemque Hesych. in Φάλλικα, ubi, pro ἄδομένου, recte Jablonskius ἀγομένου. “Pratinas, cum ἄγοντα μέλος dixit, in mente habuisse videtur vulgatissimam dictionem ἄγειν χορόν.” SCHWEIGHÆUSER. Vide Glossarium.

⁸ Malim Πιερί β. quod et numerosius est. Metrum est antispasticum tetrametrum acatalectum. Horat. Od. IV. 3. 17. *O! testudinis aureæ | dulcem quæ strepitum, Pieri, temperas.*

⁹ οὐδ’ αὐλὸς edd. Ald. et Casaub. ὁ δ’ αὐλὸς Epitomes cod. Par. et Epitome Hæschelii, itemque Dalecampius, probante Westono.

¹⁰ Epitomes codex Parisinus θῆρα μάχοις τε habet. θηρομαχίαισι τε Epitome Hæschelii. Ex quibus liquet, θυρομάχοις in quibusdam MSS. olim lectum esse.

¹¹ Vulgo θέα corrupte. Primus Dobræus θέλει.

¹² Versiculi ad hunc modum, cum Dobræo, distinguendi sunt: καὶ γάρ ἐσθ’ ὑπηρέτας κώ- | μων μόνον, θυραμάχοις τε | πυγμαχίαισι νέων | θέλει παρ’ οἶνον ἔμμεναι στρατηλάτας. Duo priores sunt trochaici dimetri acatalecti; tertius dactylicus dimeter hypercatalecticis; quartus iambicus senarius.

¹³ Versus corruptus. “Inveniendi veri viam fortasse monstrabit Jacobssii conjectura p. 331. παῦε τὸν Φρύγα τὸν ποικίλον θροῦν προχέοντα—.” DINDORF. Fortasse legendum: παῦε τὸν Φρυγίαν ἰὰν ποικιλοβόαν προχέοντα, ut referatur ad κάλαμον. Vide notam sequentem. Ad Φρυγίαν ἰὰν conferendus est Auctor Rhesi 553. νυκτιβρόμου | σύριγγος ἰὰν κατακούω. Quod autem conieci, ποικιλοβόαν προχέοντα, cum corruptis ποικίλου προανέχοντα ad literam ferme convenit, si modo in memoria teneamus, ν cum β in MSS. sæpius confusum esse. De qua confusione consulendi sunt Valckenærius ad Eurip. Phœn. p. 548. Schæfer. ad Gregor. pp. 218, 354, 505.

¹⁴ ὀλεσιανλοκάλαμον. Ita H. Steph. et Casaub. In Aldina ὀλοσιαλοκάλαμον impressum. Et sic Eustath. ad Il. Σ. 576. p. 1224. 47. Bas. itemque MS. Pal. nisi quod ὀλ. MS. Ven. ὀλοσίαλον κάλαμον, quod verum videtur. Vide Glossarium.

¹⁵ “Possis χύπὸ τ. Sed potius dele θυπα e v. l. orta.” DOBR. Literas θυπα omittit Epitomes cod. Paris.

¹⁶ Cratinus apud Hephæst. p. 96. Gaisford. Εὐῖε κισσοχαῖτ’ ἀναξ, χαῖρ’, ἔφασκ’ Ἐκφαντίδης. Ceterum in fine Fragmenti verba sic dispescuerim: καὶ ποδὸς διαρρίφα, | θριαμβοδιθύραμβε κισσοχαῖτ’ ἀναξ· | ἄκουε τὰν ἐμὰν Δωρίαν χορείαν. ut primus versus sit trochaicus dimeter cata-

lecticus; secundus, iambicus senarius; tertius, antispasticus trimeter acatalectus. Scripsi autem Δωρίαν, ut Δωρίαν φόρμιγγα dixit Pindarus Ol. I. 27. et κισσοχαῖτ', ut in loco Cratini. Sic Hom. Il. O. 174. Γαί-
 ἦοχε κυανοχαῖτα.

GLOSSARIUM IN PRATINAM.

V. 1. θόρυβος, *tumultus, turba*. Hesychius: Θόρυβος. (lege θόρυβος, cum Salmasio) ζάλη, παραχή. Idem: Ὀρυγμαδες. θόρυβοι. ubi Albertius corrigit: Ὀρυγμαδός. θόρυβος. Idem: Ὀρυγμαδός. παραχή, ψόφος, θόρυβος, κτύπος. Etymol. Mag. Ὀρυγμαδός. θόρυβος, κραυγή· ὁ ἐν ὄρει γινόμενος. παρὰ τὸ ὄρος καὶ τὸ ὄμαδος. οἱ δὲ φασι παρὰ τὸ θορυβάζω θορυβάσσω· καὶ Δωρικῶς, θορυβάξω· ὁ μέσος παρακείμενος, τεθορύβαγα, θορυβαγός· καὶ ἀφαιρέσει τοῦ θ, καὶ τροπή τοῦ β eis μ, καὶ πλεονασμῶ τοῦ δ, ὄρυγμαδός. ἐπὶ τοῦ ἀπλῶς θορύβου. Etymol. Gud. Ὀρυγμαδός, ὁ ἐκ τοῦ πλήθους γινόμενος ἄσημος ἦχος. Quanquam suspicor formam Ὀρυγμαδός (quam exhibet etiam Orion Thebanus) furca expellendam esse, quicquid obloquatur Toupius ad Hesych. IV. p. 156. et Ὀρυμαγδός apud Grammaticos passim reponendum. Præ oculis habuisse videtur Hesychius Hom. Il. B. 810. ut patet ex Scholiasta ad locum, cujus verba ipsissima sunt hæc: Ὀρυμαγδός. θόρυβος. Et notandum, si probum sit ὄρυγμαδός, alteram formam neque apud Hesychium, neque apud Etymologos Magnum et Gudianum, neque apud Orionem, comparere. Fuit autem ὄρυμαγδός ab ὄρύω, unde ὠρύω, de qua voce vide Glossar. in Hermesian. v. 72. Vocis θόρυβος significationem illustrabit etiam illud Hesychii: Ὀμαδος. ἄθροισις. θόρυβος. ὄχλος. τάραχος. De derivatione alii alia. Etymol. Mag. Θόρυβος, παρὰ τὸ θέω τὸ τρέχω καὶ τὸ βοή. ἢ παρὰ τὸ θέω τὸ τρέχω, γίνεται θέρυβος καὶ θόρυβος. ubi de vocabulo βοηδρομέω somniasse videtur Grammaticus. Etymol. Gud. Θόρυβος, παρὰ τὸ θέω τὸ τρέχω γέγονε θέρυβος, καὶ τροπή τοῦ ε eis ο θόρυβος. Eustath. ad Il. Δ. 2. p. 332. 14. Bas. ἐκ τοῦ θρούς καὶ βοή, ὁ θόρυβος. Eustathio adstipulatur Dammius. A θορῶ deducit H. Stephanus. Nugantur plane, qui ad βοή confugiunt, cum radix sit ΘΟΡΥΒ, et ΟΣ mera terminatio. Eiusdem originis esse vocabulum τύρβη, notavit Schneiderus; et recte proculdubio. Idem tamen minus bene notavit, τύρβη pro σύρβη Attice positum esse, ab Eustathio deceptus ad Od. I. 225. p. 51. 14. Namque ex Latino *turba* satis liquet, etiam Æoles, ante natam dialectum Atticam, τύρβα dixisse, perinde ac τὸν, pro σὺ recentiore, unde Latinum *tu*. Hesychius: Τύρβη. θόρυβος, ἀγωγή, τάραχος. (Ad vocem ἀγωγή cf. Hesych. in Τυρβασία) Affine est etiam vocabulum σκαλαθάρβα, de quo Hesychius: Σκαλαθάρβα. τύρβη. ἀπό

τοῦ σκαλεύειν. Fuit autem, ut videtur, vetus verbum *τορύῤῥω*, *turbo*, *agito*, (unde recentiora *τορνάω* et *τορύνω*) cui affinia fuere *τάρω* et *ταράῤῥω* antiqua, unde *ταράσσω* descendit. Cf. et Latinum *taratantara*, quo vocabulo usus est Ennius. A *τορύῤῥω* autem fluxerit *τόρυβος*, (namque aspirationem neglexisse Æoles testis est Grammaticus Leidensis de Dialecto Æolica p. 637. τὰ δὲ ἀρχόμενα ἀπὸ φωνήεντος ψιλῶς ἐκφέρουσι, λέγοντες ἐσπέραν, δέον δασύνειν τὴν προφορὰν) et recentius *θόρυβος*, ut a *ταράσσω* fit *θράσσω*. Formam autem contractiorem *τύρβη* (*θορυβή*) habet Soph. Aj. 164.) satis bene illustrabit tum *θράσσω* vocabulum, tum etiam illa, *τάρχη* a *ταραχή*, et *τάρβη*, *τάρβος*, a *ταραβή*, *τάραβος*, obsoletis. Quod ad *σύρβη* attinet, formam illam a Stephano et Schneidero ad *σύρω* perperam relatam esse nullus dubito. Crediderim potius a Doribus primitus fluxisse sibilantem literam, qui *σύρβα* eadem fere ratione scripsisse videntur, qua *σιὸς*, et *σιὸρ*, vice *θεὸς* scripsere. Vide Gregor. p. 299. et 633, 4. Quæ literarum mutatio auribus nostris minus offendet, si modo meminerimus quemlibet balbutientem literam S pro TH non posse non accipere. Eustath. ad Il. A. 638. p. 819. 38. καὶ ἡ τύρβη ἢ καὶ διὰ τῆς σ σύρβη. Hesychius: Σύρβα. μετὰ θορύβου. Ad quem locum prorsus nugantur Guyetus et Valesius. Est plane adverbium, cujus alteram formam exhibet Æschylus apud Athen. IX. p. 375. E. θύσας δὲ χοῖρον τόνδε τῆς αὐτῆς ὑὸς, | ἢ πολλὰ μὲν ἐν δόμοισιν εἴργασται κακὰ, | δονοῦσα καὶ τρέπουσα τύρβ' ἄνω κάτω. Angl. *turning everything topsy-turvy*. Quem locum illustrabit Sophoclis Fragm. apud Plutarch. de Aud. poetis p. 23. C. τυφλὸς γὰρ, ὧ γυναικες, οὐδ' ὄρων Ἄρης | συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακὰ. Photius: Συρβάβυττα: καὶ τὸν τάραχον τύρβη' ὡς Ἀριστοφάνης. Qui locus ex Etymologo Magno sic restituendus est: Συρβάβυττα: τὸν τάραχον' καὶ σύρβη, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός. Lex. Rhet. Bekker. p. 303. Συρβάσαι: ταραξάει, ἀφ' οὗ καὶ τύρβη ἢ ταραχή. Corrige: Συρβάσαι.

Ibid. χόρευμα, *saltatio*, *tripudium*. Eurip. Phœn. 664. Βάκχιον χόρευμα. Id. Herc. F. 886. κατάρχεται χορεύματ' ἄτερ τυπάνων. Aristoph. Av. 745. Πανὶ νόμους ἱεροῦς ἀναφαίνω | σεμνά τε Μητρὶ χορεύματ' ὄρεϊα.

V. 2. Διονυσιάς, a Διόνυσος, *Dionysiaca*, *Bacchica*, *Baccho sacra*. Eurip. Herc. F. 889. πρὸς αἵματ', οὐχὶ τὰς Διονυσιάδας | σὺν βοτρυῶν ἐπιχεύμασι λειβάς. Sic Βρομιάς adjectivo, a Βρόμιος, usus est Antiphanes Athen. X. p. 449. C. Βακχιάς, a Βάκχος, est Brunck. Anal. II. p. 271. Substantive Simon. Fragm. LXXII. 1. πολλαίκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν ὦραι | ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις | αἱ Διονυσιάδες.

Ibid. πολυπάταξ, a πατάσσω, *multum strepitum edens*, *strepitu plenus*, *multisonus*. Vide n. 3.

Ibid. θυμέλη, *thymela*, a θύω. Proprie est *altare*, et inde ab ejus similitudine locus editus in orchestra, sive pulpitum, in quo chorus tragœdiarum, et comœdiarum, quamdiu comœdiæ chorum habuerunt, ceterique personam non habentes, fabulæ subserviebant, histrionibusque in scenam abditis, populum gesticulatione retinebant, et oblectabant. Eurip. Ion. 114. ἀ τὰν Φοῖβον θυμέλαν | σαίρεις. Id. Suppl. 64. προσαιτούσ' | ἔμολον δεξιπύρους θεῶν | θυμέλας. Quem ad locum vide Barnesium. Id. Elect. 713. θυμέλαι δ' ἐπίτναντο (ἐπίπλαντο Seidler. probante Burgesio ad Æsch. Suppl. 662, 3.) χρυσήλατοι, | σελαγεῖτο δ' ἀν' ἄστν | πῦρ ἐπιβώμιον Ἀργείων. Sidon. Apoll. II. 13. 19. *Bimari remittat urbe | thymelen.* ubi tamen unice verum videtur *Thymelen*, respectu habito ad celebrem saltatricem, de qua Juvenal. Sat. I. 36. VIII. 197. Martial. Epigr. I. 5. 5. Hesychius: Θυμέλαι. οἱ βωμοί. καὶ τὰ ἄλφια τὰ ἐπιθυόμενα. Idem: Θυμέλη. οὕτως ἔλεγον ἀπὸ τῆς θυηλῆς, τὸν βωμόν. οἱ δὲ, τὸ ἐπίπυρον, ἐφ' οὗ ἐπιθύουσιν, ἢ ἔδαφος ἱερόν. Photius: Θύμελον: τὸν βωμόν. Lege Θυμέλην. Suidas: Θυμέλη. ὁ βώμος, ἀπὸ τοῦ θύειν. Idem: Θυμέλη. ἡ αὐλητικὴ. Πολλάκις ἐν θυμέλησι, καὶ ἐν σκηναῖσι τεθηλῶς Βλαισὸς Ἀχαρνίτης κισσὸς ἔρεψε κόμην. Quod citatur distichon, Epigrammatis in Sophoclem particula est Anth. Gr. III. p. 398. Brod. Etymol. Mag. in Σκηνή: μετὰ τὴν ὀρχήστραν βωμὸς ἦν τοῦ Διονύσου, τετράγωνον οἰκοδόμημα κενὸν ἐπὶ τοῦ μέσου, ὃ καλεῖται θυμέλη, πρὸς τὸ θύειν. Idem: Θυμέλη, ἡ τοῦ θεάτρου μέχρι νῦν, ἀπὸ τῆς τραπέζης ὠνόμασται: παρὰ τὸ ἐπ' αὐτῆς τὰ θύη μερίζεσθαι, τουτέστι τὰ θυόμενα ἱερεῖα. τράπεζα δὲ ἦν, ἐφ' ἧς ἐστῶτες ἐν τοῖς ἀγροῖς ἦδον, μήπου τάξιν λαβούσης τραγωδίας. Pollux IV. 19. ἡ δὲ ὀρχήστρα, τοῦ χοροῦ, ἐν ἧ καὶ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι οὐσα, εἴτε βωμὸς. Vide Musgrav. ad Eurip. Elect. l. c. qui θυμέλην in loco Pratinæ de atrio amplo in Bacchi templo intellexisse videtur. Intelligendum, ni fallor, de tota scena in theatro, collato Etymol. Mag. in Παρασκήνια: σκηνὴ δὲ ἐστίν, ἡ νῦν θυμέλη λεγομένη.

V. 3. Βρόμιος, *Bromius*, unum ex Bacchi nominibus. Eurip. Bacch. 411. ἐκεῖσ' ἄγε με, Βρόμιε, Βρόμιε, | προβακχίῃε δαῖμον. Matron parodus apud Athen. IV. p. 137. Β. ροιαί τε σταφυλαί τε θεοῦ Βρομίοιο τιθῆναι. Ovid. Metam. IV. 11. *Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque, | ignigenamque, &c.* Athen. XI. p. 465. Α. ἡσθέντες οὖν τῇ κράσει ἐν ψδαῖς ἔμελλον τὸν Διόνυσον, χορεύοντες καὶ ἀνακαλοῦντες Εὐανθῆ καὶ Διθύραμβον καὶ Βακχευτὰν καὶ Βρόμιον. Hesychius: Βρόμιος. παρὰ Τηλεκλείδῃ, ὁ Σάτυρος, ἢ ὁ Διόνυσος. Etymol. Mag. Ἀβρόμιος, ὁ ἄϊνος, χωρὶς οἴνου. βρόμος γὰρ ὁ Διόνυσος. ubi, pro βρόμος, **reponendum** Βρόμιος. De vocis derivatione nugatur Suidas: Βρόμιος. ὁ Διόνυσος. ὁ γενεσιουργὸς τῶν καρπῶν. παρὰ τὸ βορὰ, βόριμος, καὶ ὑπερθέσει, βρόμιος. Recte Etymol. Mag. Βρόμιος, ὁ Διόνυσος: παρὰ τὸν βρόμον. καὶ γὰρ τῆς Σεμέλης κεραυνωθείσης, ἡρπάγη ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ, κατὰ βούλησιν τοῦ Διὸς,

ἐκ μέσου τοῦ πυρός. Corrupte Etymol. Gud. Βρόμος, ὁ Διόνυσος, ὁ γενεσιουργὸς τῶν καρπῶν, παρὰ τὸ βορὰ βόριμος καὶ βρόμιος, ὃ ἐστὶν ἡχὴ τοῦ πύρος. Lege omnino: Βρόμιος, ὁ Δ., ὁ γ. τ. κ., π. τ. β. β. κ. βρόμιος· ἢ παρὰ τὸν βρόμον, ὃ ἐστὶν κ. τ. λ. Cf. Eustath. ad Il. N. 41. p. 885. 15. Bas. βρόμος μὲν ἐπὶ φλογός. Et paulo inferius: καὶ ὅτι βρόμος κυρίως ἐπὶ ἀνέμου καὶ ἐπὶ πυρός, ἐφ' ὧν καὶ τὸ βρέμειν. Sic Hom. Il. Ξ. 396. οὔτε πυρός τόσσοι γε ποτὶ βρόμος αἰθομένοιο, | οὔρεος ἐν βήσσης, ὅτε τ' ὤρετο καιέμεν ὕλην. A Brome nymphe, quæ una cum sorore Bacche ipsum Bacchum nutrit, ductum vult Servius ad Virg. Ecl. VI. 15. Vide Hygin. fab. 182. Adjective Eurip. Hel. 1328. κρόταλα δὲ Βρόμια διαπρύσιον | ἰέντα κέλαδον ἀνεβόα. Id. Herc. F. 887. οὐ Βρομίῳ κεχαρισμένα θύρσῳ. Varro apud Non. c. 2. n. 22. *Cape hanc caducam Liberi mollem dapem | de fronde Bromiæ autumnitatis uvidam.*

V. 4. κελαδεῖν, *tumultuari, personare.* Hom. Il. Θ. 542. Φῶς Ἐκτωρ ἀγόρευ' ἐπὶ δὲ Τρῶες κελάδησαν. h. e. ἐθορύβησαν, exponente Eustathio. De fluviis, fluctibusque marinis, Aristoph. Nub. 284. καὶ ποταμῶν ζαθέων κελαδήματα, | καὶ πόντον κελάδοντα βαρύβρομον. Cf. Hom. Il. Σ. 576. Hesychius: Κηλάδησαν. ἤχησαν, ἐβόησαν. ubi rescribendum plane est Κελάδησαν, et glossa in suum locum protinus retro ferenda. (Vide Glossar. in Hermesian. v. 18.) Sæpius autem de musicis sonis usurpatur. Eurip. Phœn. 1118. παιὰν δὲ καὶ σάλπιγγες ἐκελάδουν ὁμοῦ. Id. Elect. 720. λωτὸς δὲ φθόγγον κελαδεῖ | κάλλιστον, Μουσῶν θεράπων. Id. Iph. T. 1100. ὅτι πόσιν κελαδεῖς αἰεὶ μολπαῖς. Hesychius: Κέλαδος. ἦχος μουσικὸς, κραυγὴ, βοή, θόρυβος. Idem: Κελαδῶν. ἡχῶν, μέλπων. De Baccharum vociferatione Eurip. Bacch. 578. τίς ὄδε; τίς, πόθεν ὁ κέλαδος | ἀνά μ' ἐκάλεσεν Εὐΐτου;

Ibid. παταγεῖν, *strepere, perstrepere.* Aristoph. Nub. 388. χῶσπερ βροντὴ τὸ ζωμίδιον παταγεῖ, καὶ δεινὰ κέκραγεν. Hesychius: Παταγεῖ. ψοφεῖ, κτυπεῖ. Est autem a πάταγος, quod a πατάσσω. Vide Blomfield. Glossar. in Æsch. Sept. c. Theb. 100. Ad rem Dionys. Perieg. 570. de Amnitarum uxoribus sacra Baccho peragentibus: ἄγχι δὲ νησιᾶδων ἕτερος πόρος, ἔνθα γυναῖκες | ἀνδρῶν ἀντιπέρηθεν ἀγανῶν Ἀμνιτᾶων | ὀρνύμεναι τελέουσι κατὰ νόμον ἱερὰ Βάκχῳ, | στεψάμεναι κισσοῖο μελαμφύλλοιο κορύμβοις, | ἐννύχαι' παταγῆς δὲ λιγύθροος ὀρνυται ἡχὴ. Ritus hujus colendi morem e Græcia illuc advectum esse, suadet vel insularum nomen, (de Cassiteribus loquitur geographus) ex Græco κασσίτερος, quod metallum toties commemoravit Homerus, plane derivatum. Insularum Cassiteridum meminit Herod. III. 115.

V. 5. θύμενον. "Possit per syncopen dictum esse pro θυόμενον, a verbo θύω, i. q. θύνω, quod valet ὀρμῶ, φέρομαι, cum impetu feror, curro, discurre. A θύω potuit etiam formari verbum in μι, θύμι, passiva forma θύμαι: unde legitime derivaretur θύμενος." SCHWEIGHÆUSER. Equi-

dem *σύμενον* (quod dixi) prætulerim; quanquam alteram formam probam esse non negarim. Est autem *σύμενον* tanquam a *σύμι*. Æsch. Eumen. 1004. ἴτε, καὶ σφαγίων τῶνδ' ὑπὸ σεμνῶν | κατὰ γῆς σύμεναι, τὸ μὲν ἀτηρὸν | χώρας κατέχειν. ubi corrupte Turnebus *δύμεναι*, memor forte Homericī *χθόνα δύμεναι* II. Z. 411. Id. Agam. 723. δύσεδρος καὶ δυσόμιλος | *συμένα* Πριαμίδαισιν, | πομπῆ Διὸς ξενίου, | *νυμφόκλαυτος* Ἐρινύς. Eurip. Hel. 1321. ὄρεία ποτὲ δρομάδι κώλῳ | Μάτηρ θεῶν ἐσύθη | ἀν' ὑλάεντα νάπη. Et 1146. ἀλίμεν' ἀν' ὄρεα μέλεα βαρβάρου στολᾶς, | ὅτε σῦτο πατρίδος ἀποπρὸ χειμάτων πνοᾶ. (Cf. Aristoph. Thesm. 992.) Id. Hec. 1073. ἐπὶ τάνδε συθεῖς, | τέκνων ἐμῶν φύλαξ, | ὀλέθριον κοίταν. Ita Porsonus, ubi τάνδ' ἐσσυθεῖς Aldus. Vide n. 4. Id. Alc. 862. ἐξ ἔδρας συθεῖς. Hesychius: Σῦτο. ὠρμησεν, ὠρμα. ἀνήλθεν. Respexit Hom. II. Φ. 167. Idem: Σύθι. (sic) ἐλθέ. Suidas: Σῦτο. ὠρμάτο. ἔτρεχε. Σῦτο δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοις. (Pind. Ol. I. 32.) Idem: Ἀπόσσυτος καὶ ἀπέσσυτο. σεύω τὸ ὄρμῳ. καὶ σύω ἀφ' οὗ τὸ σύμι. ὅθεν καὶ τὸ ἔσσυτο. καὶ ἀπόσσυτος. Etymol. Mag. in Ἐπεσσεύοντο: ἐκ τοῦ σῶ τὸ ὄρμῳ, παράγωγον σύω' ἐξ αὐτοῦ σύμι' ὁ μέλλων, σύσω' ὁ παρακείμενος, σέσυκα' ὁ παθητικός, σέσυμαι. τὸ τρίτον, σέσυνται' καὶ ἐν ὑπερθέσει τοῦ ε, ἔσυνται. Cf. et in Ἐσσενα. Si vero Thierschio auscultemus Gr. Gr. §. CCXXXII. 129. *σύμενος* erit perfect. pro *ἐσσύμενος*, (retracto accentu) et *σῦτο* plusquamperfect. pro *ἔσσυτο*, ad *σύω* referenda, ut *χύμενος* et *χύτο*, ait ille, ad *χύω*. Sed obstat imperativus *σύθι*, cujus meminit (quod vidimus) Hesychius, eadem ratione a *σύμι* obsoleto natus, qua *κλύθι* a *κλύμι*, *δύθι* a *δύμι*, *πίθι* a *πίμι*, *τλήθι* a *τλήμι*, *βῆθι* a *βῆμι*, &c.

V. 6. οἶά τε, i. q. οἶα, nihil ad sensum addente particula, *ceu, sicut*. Hom. Od. Λ. 364. ἡπεροπῆά τ' ἴμεν καὶ ἐπικλοπον, οἶά τε πολλοὺς | βόσκει γαῖα μέλαινα πολυσπερέας ἀνθρώπους. Et Ξ. 62. ὅς κεν ἔμ' ἐνδυκέως ἐφίλει καὶ κτήσιν ὅπασσεν, | οἶά τε Φῶ Φοικῆϊ Φάναξ εὐθυμος ἔδωκεν. Cf. quæ nos in Addend. ad Anal. Gr. Min. Dalzel. p. 158.

Ibid. ἄγοντα μέλος, *carmina peragentem, cantantem*. Sic ἄγειν κτύπον, *strepitum facere, strepere*, dixit Eurip. Orest. 180.

V. 7. *ποικιλόπτερος*, proprie *varius sive pictas pennas habens, varia pluma decorus, versicolores habens pennas*. Eurip. Hipp. 1265. σὺν δ' ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβυλῶν | ὠκυτάτῳ πτερῶ. Simile est epitheton *περοποίκιλος*. Aristoph. Av. 248. ὄρνις δὲ περοποίκιλος | ἀτταγᾶς, ἀτταγᾶς. Et 1410. ὄρνιθες τίνες οἶδ', οὐδὲν ἔχοντες περοποίκιλοι, | *τανυσίπτερε ποικίλα* χελιδοῖ; Sic dispescendi sunt hi versus; quod non viderunt Brunckius et Bekkerus. Prior est Asclepiadeus majusculus, ut patet ex Alcæi Fragmento apud Scholiastam ad l. ὄρνιθες τίνες οἶδ' ὠκεανῶ; γᾶς ἀπὸ πειράτων | ἦνθον, πανέλοπες ποικιλύδειροι, *τανυσίπτεροι*. Ita correxit Blomfieldius: quanquam vide, annon post ἦνθον potius ponenda sit interrogationis nota, ut sensus sit Angl. *What marine birds*

are these that are come from the remote parts of the earth? They are, &c. Vim autem locutionis ποικιλόπτερον μέλος, *varium et volucre carmen*, optime illustrabit locus Aristoph. Av. 1372. ubi de seipso loquitur Cinesias διθυραμβοποιός: ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὀλυμπον | πτερύγεσσι κούφαις· πέτομαι δ' ὄδον | ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν μελέων. Et paulo post: ὑπὸ σου πτερωθεὶς βούλομαι μετάρσιος | ἀναπτόμενος ἐκ τῶν νεφελῶν καινὰς λαβεῖν | ἀεροδονήτους καὶ νιφοβόλους ἀναβολάς. Et mox: τῶν διθυράμβων γὰρ τὰ λαμπρὰ γίγνεται | ἀέρια καὶ σκότια καὶ κυανανυγέα | καὶ πτεροδόνητα. ubi metro satisfacit Brunckius legendo καὶ σκότιά γε. Dindorfius ἀερίά τινα κ. σ. conjicit. Dobræus in Auctario ad Porson. *Tracts* p. 390. ἀέρια καὶ σκότι' ἄττα. Equidem Brunckianum prætulerim. Nempe vocula γε, sic posita, in plurium rerum enumeratione ab Atticis inferri solet. Cf. Platonis Gorg. p. 450. D. οἶον ἢ ἀριθμητικὴ, καὶ ἢ λογιστικὴ, καὶ ἢ γεωμετρικὴ, καὶ ἢ πεπτευτικὴ γε, καὶ ἄλλαι πολλαὶ τέχναι. Id. Theæt. p. 156. B. ὄψεις τε καὶ ἀκοαὶ, καὶ ὀσφρήσεις, καὶ ψύξεις τε καὶ καύσεις, καὶ ἡδοναὶ γε δὴ, καὶ λύπαι κ. τ. λ. Timocles Athen. XIII. p. 570. F. τὸ μὴ σφόδρ' εἶναι πάνθ' ἔτοιμα, δεῖν δέ τι | ἀγωνιᾶσαι, καὶ ῥαπισθῆναι τε καὶ | πληγὰς λαβεῖν ἀπαλαῖσι χερσίν. Ita Dindorfius, præcipiente Jacobsio, ante quem legebatur καὶ ῥαπισθῆναι γε, et recte legebatur. Vide Porson. Suppl. Præf. ad Hec. p. LVIII. Ceterum ad Pratinæ locum confer etiam Horat. Od. II. ult. et IV. 2. 25.

V. 8. τῶν ἀοιδῶν βασιλεια, *carminum regina*. Cowleius nostras, *Pindarique Odes* I. init. itidem de Musa: *Queen of all harmonious things!* Similiter ἀοιδῶν πατήρ dicitur Orpheus Pind. Pyth. IV. 314. et ἀγίτωρ μελέων Apollo Eurip. Med. 426. unde Horatianum illud *Ductor argute fidicen Thaliæ* Od. IV. 6. 25. ex certissima Bentleii emendatione, probante Porsono ad Euripidis l. c.

Ibid. “κατέστας—Dorice pro κατέστης, *constituta es*, aut simpliciter, *es.*” SCHWEIGHÆUSER. Sophoclis Hippodamiae Fragm. apud Stob. T. 27. 6. ὄρκου δὲ προστεθέντος, ἐπιμελεστέρα | ψυχὴ κατέστη. *fit, esse solet, est.* Thucyd. I. 97. ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπόδειξιν ἔχει τῆς τῶν Ἀθηναίων, ἐν οἷω τρόπῳ κατέστη. Schol. ad l. κατέστη. ἐγένετο.

Ibid. Πιερίς, *Pieris, Musa*. Auctor Rhesi 344. ἐπεὶ σε χρόνῳ | Πιερίς μάτηρ ὅ τε καλλιγέφυ- | ρος ποταμὸς πορεύει | Στρυμών. Pind. Ol. X. 116. κόραι Πιερίδες Διός. Solon apud Stob. T. 9. 25. Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα, | Μοῦσαι Πιερίδες. Ovid. Fast. IV. 222. *Ut tacui, Pieris orsa loqui.* Vide n. 8. Adjective ἐν δέλτοις Πιερίσι Eurip. Iph. A. 798. Hesychius, Photius, et Suidas: Πιερίδες. αἱ Μοῦσαι, αἱ ἐν Μακεδονίᾳ. Hesych. et Phot. Πιερία. ὄρος. ubi legendum fortasse ὄρος Μακεδονίας, prout exstat apud Suidam. Hesychius: Πιερίη. ἢ ἀκρῶρεια τοῦ ἐν Μακεδονίᾳ ὄρους.

Ibid. ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω, *tibia vero post te partes suas agat,*

vertente Schweighæusero. Sensus est: οἱ δὲ αὐληταί, sive χοραύλαι, ὑστερον τῷ χορῷ αὐλείωσαν.

V. 10. ὑπηρέτης κώμων, de tibia, *comissationum ministra, sive famula*. Cf. mox ad v. 11. Sic ὑπηρεται κακῶν dixit Eurip. Hel. 561. Cic. de Fin. II. 12. *Virtutes voluptatum satellites et ministras esse voluisti*. Id. de Orat. I. 17. *Artes comites et ministra oratoris*. Id. Tusc. I. 31. *Res familiaris ministra et famula corporis*.

Ibid. κῶμος. Vide Glossar. in Hermesian. v. 38.

V. 11. θυραμάχος, idem fere quod θυροκόπος, de qua voce consulendus Blomfieldius Glossar. in *Æsch. Agam.* 1166. Formatur ut θυρηβόλος et θυρηβόλιον Ionica. In hoc autem Pratinæ loco alluditur ad lascivam petulantiam temulentorum juvenum, qui iteratis ictibus puellarum sibi dilectarum fores pulsando admitti cupiebant, easque præ moræ impatientia non raro effringebant. Huc pertinet, ut videtur, Antiphanis Fragm. apud Stob. T. 116. 26. ἀλλ' οὐδὲ κατεμώρανεν, οὐδ' ἐλύσατο | πορνίδιον, οὐδὲ θυροκόπων ὤφλεν δίκην. ubi recte Grotius θυροκοπῶν, *ob fores fractas*, (uti vertit Blomfieldius) quod Gaisfordium fugit. Aristoph. Vesp. 1253. κακὸν τὸ πίνειν· ἀπὸ γὰρ οἴνου γίγνεται | καὶ θυροκοπήσαι καὶ κατὰξαι καὶ βαλεῖν | κάπειτ' ἀποτίνειν ἀργύριον ἐκ κραιπάλης. ubi pro κατὰξαι, quod tacite scripsit Bekkerus, vulgo legitur πατάξαι, ut in Ran. 38. dicitur: τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; Horat. Od. I. 25. init. *Parcius junctas quatiunt fenestras | ictibus crebris juvenes protervi, | nec tibi somnos adimunt: amatque | janua limen, | qua prius multis facilis movebat | cardines*. Vide et III. 26. 6. seq. Sed et moris fuit horum inverecundorum comissatorum, dum fores pulsabant, tibias simul inflare convenienter ei quod agebant. Cf. Tryphonis* locum apud Athen. XIV. p. 618. C. qui inter modos tibiales etiam θυροκοπικὸν recenset, additque τὸ δ' αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, *cani solitum dum fores pulsabantur*, ut exponit Blomfieldius. Pergit Trypho: ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως

* Eustath. ad II. Φ. 283. p. 1324. 34. Bas. καὶ ὅτι αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς ὁ Ἀθηναῖος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικόν, ἠδύκωμος, σικινοτύρβη, θυροκοπικόν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνησμὸς, (κνισμὸς Athen.) μόθων. μετ' ὀρχήσεως δὲ φησιν αὐτὰ ἠδύλειτο, καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. Repone ex Athenæo: κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπ. κ. τ. λ. Scribæ fraudi fuit homœoteleuton. Sed et σικινοτύρβη corrigendum est tum apud Eustathium, tum apud Athenæum. Athen. XIV. 630. B. καλεῖται δ' ἡ μὲν σατυρική ὀρχησις, ὡς φησιν Ἀριστοκλῆς ἐν ὀγδόῃ τῶν περὶ χορῶν, σίκιννις, καὶ οἱ σάτυροι σικιννισταί. τινὲς δὲ φασὶ Σίκιννόν τινα βάρβαρον εὐρετὴν αὐτῆς γενέσθαι, ἄλλοι δὲ Κρήτα λέγουσι τὸ γένος εἶναι Σίκιννον. Photius: Σίκιννις: Σατυρική ὀρχησις· ἐμμέλεια δὲ τραγική/ κάρδαξ (lege κόρδαξ) δὲ κωμική· ὡς Ἀριστόξενος α' περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως. Etymol. Mag. in Ὀρχησταί: τρία γὰρ εἶδη ὀρχήσεως, πυρρίχη, σίκιννις, ἧτις ἐστὶν ἱερατικὴ, καὶ ὁ κορδακισμὸς. Poll. IV. 14. εἶδη δὲ ὀρχημάτων, ἐμμέλεια τραγική, κόρδακες κωμικοί, σικιννις σατυρική. Vide Eurip. Cycl. 37.

ἠύλειτο. Ejusdem argumenti sed remissior modus fuit παρακλαυσίθυρον, de quo consulendus est Casaubonus ad Athenæi l. c. itemque Lectt. Theocr. c. 5. Plutarch. Amator. p. 753. B. τίς οὖν ὁ κωλύων ἐστὶ κωμάζειν; ἐπὶ θύρας ᾄδειν τὸ παρακλαυσίθυρον; Cujusmodi carminis insigne exemplum præbet Aristoph. Eccles. 960. seq. aliud autem Horat. Od. III. 10. et alterius particulam I. 25. 7, 8. aliud denique Ovid. Am. I. 6. Hesychius: Θυροκοπιστικόν, (Θυροκοπητικόν Heinsius, a θυροκοπήτης scilicet) ἢ Θυροκοπικόν. οὕτως ἐκαλεῖτο. Qui locus plane mutilus est. Lege omnino: Θυροκοπητικόν, ἢ Θυροκοπικόν. μέλος τὶ οὕτως ἐκαλεῖτο. Sic idem Lexicographus: Κρουσίθυρος. μέρος τὶ οὕτως ἐκαλεῖτο. ubi malim Κρουσίθυρον, et μέλος reponendum, cum Meursio. Suidas: Θυροκοπήτης, καὶ Θυροκόπος, ὁ τὴν θύραν κόπτων. Phrynichus Bekker. p. 42. Θυροκοπεῖν: ἐπικωμάζειν. Ceterum et mendicī, sive agyrtæ, θυροκόποι appellabantur. Phrynichus Bekker. l. c. Θυροκόπος: ὁ τοῦ ἐπαιεῖν ἔνεκα κόπτων τὰς θύρας. Auctor chelidonismatis, ex Theognide, apud Athen. VIII. p. 360. C. εἰ μὲν τι δώσεις· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐάσομες, | ἢ τὰν θύραν φέρωμες, ἢ θυπέρθυρον, | ἢ τὰν γυναῖκα τὰν ἔσω καθημέναν· | μικρὰ μὲν ἐστὶ, ῥαδίως μὲν οἴσομες. | εἰ μὲν φέρῃς δὲ τι, μέγα δὲ τι καὶ φέροις. | ἄνοιγ' ἄνοιγε τὰν θύραν χελιδόνι. Totam cantilenam Anglicis versibus reddidit Mitchell. *The Comedies of Aristophanes*, Vol. I. p. 197. Vide, si tanti est, quæ nos in Addend. ad Anal. Gr. Min. Dalzel. p. 159.

Ibid. πυγμαχία, pugilatio, pugilatus. Pind. Nem. VI. 41. σὺν θεοῦ δὲ τύχα | ἕτερον οὐτίνα Φοῖκον | ἀπεφάνατο πυγμαχία πλεόνων | ταμίαν στεφάνων. Et sane potest intelligi hæc vox de pugilatione cum puellarum defensoribus commissa, hoc est, cum rivalibus, quotquot forte fortuna intus includerentur, in κωμαστὰς ex ædibus erumpentibus. Cf. Eurip. Cycl. 531. πυγμὰς ὁ κῶμος λοῖδορόν τ' ἔριν φιλεῖ. Quanquam de crebris juvenum protervorum ictibus, quibus fores quatiebantur, locum potius intellexerim. Cf. Plaut. Stich. II. 2. 38. Aperite atque appropriate, fores | facite ut pateant, removete moram. | Nimis hæc res sine cura geritur. | Vide quam dudum hic adsto et pulto. | Somnone operam datis? experiar, | fores, an cubiti, an pedes plus valeant. Quem locum in versus anapæsticos digerendum esse primus vidit Hermannus El. Doctr. Metr. II. 32. 23.

Ibid. θέλει, solet, assolet. Eurip. Troad. 27. μοσεῖ τὰ τῶν θεῶν οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει. Soph. Achill. Amat. Fragm. apud Stob. T. 64. 13. τέλος δ' ὁ χυμὸς οὐτ' ἀφεθῆναι πως θέλει. Ita Brunckius: vulgo οὐδ' ὅπως ἀφῆθ. Cf. Gregor. p. 135. ibique Kœnium. Sæpius autem hoc sensu usurpatur φιλεῖ. Eurip. Med. 47. νέα γὰρ φροντίς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ. Id. Hipp. 160. φιλεῖ δὲ τῆ δυστρόπῳ γυναικῶν | ἄρμονία κακὰ δύσ- | τανὸς ἀμαχανία ξυνοῖκεῖν. Imitati sunt Latini. Horat. Od. III. 16. 9. Aurum

per medios ire satellites | et perrumpere amat saxa. Quem locum minus recte explicavit Dæringius. Seneca Consol. ad Marc. 16. *Nullum amat frustra cadere telum, quod in confertum agmen immissum est.* Tacit. Ann. IV. 9. *Memoriæ Drusi eadem, quæ in Germanicum, decernuntur, plerisque additis, ut ferme amat posterior adulatio.* Plin. XIII. 4. *Palma toto anno bibere amat.* Vide Facc. et Forc. Lex. in *Amo* sub fin.

Ibid. παρ' οἶνον, ad vinum, (quod dixit Cic. pro Cæl. 28.) *inter scyphos vel pocula.* Alexander Ætolus apud Gell. XV. 20. καὶ μισογέλως, καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς. Sic παρὰ κρητῆρα, παρὰ κρητῆρας, et παρὰ κρητῆρι, dixerunt Pind. Nem. IX. 107. Eurip. Polyidi Fragm. apud Stob. T. 91. 8. Telestes apud Athen. XIV. p. 626. A. Apoll. Rhod. II. 158. Theogn. 493. et 643. Quæ loca attulit Valckenærius Epist. ad Röver. p. 60. Quin et παρ' οἴνω dixit Soph. Œd. R. 780. Eurip. Troad. 554. Sed, cum vix *inter scyphos* fieri potuerint hæ pugilationes, vel, si mavis, *θυρομαχίαι*, vide annon vera lectio sit *πάροινος, temulentus*, ut referatur ad *στρατηλάτης*. Cf. Aristoph. Eccles. 948. Antiphanes Athen. X. p. 445. C. Κολχίς ἄνθρωπος πάροιμος. Sic παροίνιος ἄνηρ dixit Aristoph. Acharn. 943. Hesychius: Πάροιμος. ἀμαρτωλός. μεθυστής. ὑβριστής. λοιδόρος. ἐκλυτος. ubi a Christiano quodam interpolatore profectum fuisse videtur istud ἀμαρτωλός. Ceterum Ἰωνικὴν ὄρχησιν παροίνιον meminit Athen. XIV. p. 629. E. et παροίνια ἄσματα Poll. VI. 19. et παροίνιους αἰλούς idem Poll. IV. 10. Cf. Lucian. T. II. p. 288. τὸ Φρύγιον τῆς ὄρχήσεως εἶδος, τὸ παροίνιον καὶ συμποτικόν, μετὰ μέθης γιγνόμενον, ἀγροίκων πολλάκις πρὸς αὔλημα γυναικεῖον ὄρχουμένων σφόδρα καὶ καματηρὰ πηδήματα.

V. 13. παῦε, *fac cessare, tolle*, Angl. *stop, put down, down with, away with!* Eurip. Alc. 353. παύσω δὲ κώμους, ξυμποτῶν θ' ὀμιλίας, | στεφάνους τε, μούσαν θ', ἢ κατεῖχ' ἐμοὺς δόμους. Adde Herc. F. 685. Obiter notabo, cognatum vocabulum esse Anglicum *pause*. Cf. nostra *loose, kiss*, (Cambro-Brit. *cusan*, Sax. *kuss*, prout exstat apud Chaucerum*, et in ore adhuc Eboracensibus est) cum aoristis Græcis λῦσαι, κύσαι, ἀλύω, κύω. Notandus est Johnsonus, in Lexico sic scribens: "PAUSE, n. s. *pause*, Fr. *pausa*, low Lat. παύω, Gr." Dele vocabulum *low*; nam probæ notæ est vox Latina. Plaut. Rud. IV. 6. 1. *Aliquando osculandi melius est, uxor, pausam fieri.* Non. c. 2. n. 686. *Pausa est quies alicujus rei. Accius Epigono: Sed jam Amphiloichum huc vadere cerno, et nobis datur bona pausa loquendi. Lucil. Satyr. lib. i. Hæc ubi dicta dedit, pausam facit ore loquendi.* ubi, pro *Epigono*, legendum videtur *Epi-*

* Hac forma usus est etiam Jonson. *The Alchemist*, iv. 2. FACC. *Good master Kastril! is this your sister? KAS. I, Sir. | Please you to kuss her, and be proud to know her?*

gonis. Accii autem locus in dimetrum versum anapæsticum, cum paræmiaco, sic fortasse dissecandus est: *Sed jam Amphiloichum huc vadere cerno, | datur et bona pausa loquendi.* Cf. Græcum παῦλα.

Ibid. Φρυγίαν ἰάν, *Phrygiam vocem.* Æsch. Pers. 931. τὰν | κακοφάτιδα βοᾶν, κακομέλετον ἰάν | Μαρριανδονοῦ θρηνητήρος | πέμψω, πολὺδακρυν ἰακχάν. Oraculum apud Herod. I. 85. μὴ βούλευ πολέυκτον ἰὴν ἀνὰ δώματ' ἀκούειν | παιδὸς φθεγγομένον. Vide et Rhesi l. c. in n. 13. Hesychius: Ἰή. φωνή, βοή. Suidas: Ἰα. μία. ἡ φωνή, ἡ βία. ubi βοή, pro βία, recte legit Kusterus: nam quod proponit μία Albertius ad Hesych. T. II. p. 1. id vix ferendum videtur, cum ea vox jam antecesserit. Etymol. Mag. in Ἀμφιαχυία: ἰα, ἡ ἐκπεμπομένη βοή. ἐκ τούτου ἰάχω καὶ ἰαχή. Fuerit autem Φρυγία ἰὰ idem quod Φρύγιον μέλος. Eurip. Troad. 548. Δίβυς τε λωτὸς ἐκτύπει, | Φρύγιά τε μέλεα, παρθένου δ' | ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν | βοᾶν τ' ἔμελλον εὐφρον'. Id. Bacch. 126. ἀνὰ δὲ βάρβαρα συντόνῳ | κέρασαν ἀδυβόα Φρυγίων | αὐλῶν πνεύματι. Et 158. εὐία τὸν εὐιον ἀγαλλόμεναι θεὸν | ἐν Φρυγίαισι βοαῖς ἐνοπαῖσι τε, | λωτὸς ὅταν εὐκέλαδος ἱερὸς ἱερά | παίγματα βρέμη σύνοχα Φοιτάσιν. Id. Iph. A. 576. βάρβαρα συρίζων Φρυγίων | αὐλῶν, Ὀλύμπου καλάμοις | μμήματα πνέων. Catull. LXI. 19. *Ubi cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant, | tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.*

Ibid. ποικιλοβόας, (deest Lexicis) *variium clamorem sive sonum edens, clamorosus, multisonus*, pro quo μίξοβόας dixit Æschylus apud Plutarch. de EI apud Delph. p. 389. A. μίξοβόαν πρέπει | διθύραμβον ὀμαρτεῖν | σύγκωμον Διονύσῳ. ubi σύγκωμον est ex emendatione Porsoni Append. ad Tour. p. 490. Vulgo corrupte σύγκοινων. Conferri possunt epitheta Græca ποικιλόθροος, ποικιλόγηρος, ποικιλόφωνος, ποικιλότραυλος, ποικιλοφόρμιγξ. Simile est epitheton νομοαἰολος apud Telestem Athenæi. Locum dedi in Glossario in Hermesian. v. 36. Nec tamen repugnem, si ποικιλοβόας exponas *varie strepens sive obstrepens, obstreperus*, ut καλαμοβόας quidam dictus per contemptum apud Plutarch. de Garrul. p. 514. D. h. e. calamo sive arundine obstrepens. Quæ quidem expositio optime huic loco convenire videtur. Cf. Virg. Ecl. III. 26. *Non tu in triviis, indocte, solebas | stridenti miserum stipula disperdere carmen?*

Ibid. προχέοντα, *profundentem, fundentem.* Pind. Pyth. X. 85. Ἐφουραίων | ὄπ' ἀμφὶ Πηνειὸν γλυκεῖ- | ἀν προχέοντων ἑμάν. Pseud-Anacr. VI. 11. προχέων λίγειαν ὀμφάν. Sic Hom. Od. T. 521. χέει πολυηχέα φωνήν. Melanippides Athen. X. p. 429. C. τοὶ δὲ παράπληκτον χέον ὀμφάν. Æsch. Sept. c. Theb. 72. Ἐλλάδος | φθόγγον χέουσαν. Simonides Fragm. LXXII. 8. ἠδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς. Catull. LXII. 202. *Profudit pectore voces.* Horat. Epist. II. 1. 146. *Versibus alternis opprobria rustica fudit.* Virg. Æn. V. 842. *Funditque has ore loquelas.*

V. 14. ὀλοσίαλος, *sputo refertus*. Angl. *all spittle*. Est autem ab ὄλος, et σίαλος vel σίαλον, *sputum*, eadem analogia, qua ὄλοσιδηρος, ὀλόπτερος, ὀλόστεος, &c. Sic per contemptum, ut videtur, dictum est ὀλοσίαλος κάλαμος, *tibia sputo referta*. Namque Eustathium nihil moror, qui in loco citato in n. 14. corruptum vocabulum utcunque explicare conatus est. Ejus verba sunt hæc : καὶ δόναξ μὲν συριγκταῖς χρήσιμος, κάλαμος δὲ αὐληταῖς. ὅθεν καὶ τις φαυλῶς αὐλῶν, ὀλοσιαλοκάλαμος ἐσκώφθη. In Pratinæ loco de *tibia* plane agitur, non de *tibicine*.

V. 15. λαλοβαρναραμελορρυθμοβιάτης, (quasi dicas *garruligravitransmelorhythmigressor*) *garrulus, importunus, cantici rhythmum prætergrediens*, exponente Schweighæusero. Compositum autem est ex λάλος, βαρὺς, μέλος, ῥυθμὸς, et per tmesim scripto παραβιάτης.

V. 16. χυπὸ τρυπάνου (ita malim, non τρυπάνω, quod nimis Doricum videtur esse) δέμας πεπλασμένον vertendum erit : *et a terebra, quod ad figuram attinet, effictum*. Et ὑπὸ τρυπάνου hic loci idem valet atque ὑπ' αὐλοτρύπου, *a tibiarum perforatore*, ut τεκτόνων πλασθεῖς ὑπο dixit Eurip. apud Clem. Alex. p. 584. ed. Par. Strattis apud Athen. XIII. p. 592. D. καὶ τὴν Δαγίσκαν τὴν Ἴσοκράτους παλλακὴν | ἰδεῖν με σκάζουσαν εὐναίαν ἔτι, | τὸν τ' αὐλοτρύπην αὐτόν. Poll. IV. 9. ὁ δὲ τοῦς αὐλοῦς ἐργαζόμενος, αὐλοποιός. καὶ ἀπὸ μέρους γλωττοποιός. καὶ αὐλοτρύπης, ὡς ἡ κωμωδία. Ad δέμας confer Hesychium : Δέμας. σῶμα. μορφή. ἰδέα. τρόπος. Ad locutionem πεπλασμένον δέμας, subaudito κατὰ, confer Eurip. Alc. 1080. σὺ δ', ὦ γύναι, | ἤτις ποτ' εἰ σὺ, ταῦτ' ἔχουσ' Ἀλκήστειδι | μορφῆς μέτρ' ἴσθι, καὶ προσήϊξαι δέμας. ubi confert Barnesius Homericum δέμας δ' ἤϊκτο γυναικὶ Od. Δ. 796. Quid autem sibi voluerit Dobræus desideratissimus, dum τρυπάνω, ceteris deletis, in textu stare posse innuebat, nondum expedio. Fortasse voluit τρυπάνω.

V. 17. ἦν ἰδοῦ, *en! ecce!* Eurip. Herc. F. 869. ἦν ἰδοῦ, καὶ δὴ τινάσσει κράτα βαλβίδων ἄπο. Aristoph. Pac. 327. ἦν ἰδοῦ, καὶ δὴ πέπαυμαι. Alciphron, citante Dorvillio ad Charit. p. 656. ἀλλ' ὑπὸ ταῖς μυρρίναις ἦν ἰδοῦ (corrige ἰδοῦ) τὸ χωρίον ὡς ἐνδροσόν ἐστὶν ἐν κύκλῳ καὶ ἀνθεσι ποικίλον.

Ibid. ἄδε σοι δεξιὰ verte Anglice : *here's my right hand for you*. Cf. Matthiæ Gr. Gr. 470. Blomfield. Glossar. in Æsch. Prom. V. 977.

V. 18. διαρρίφη, (vox Lexicis adjicienda) *in diversas partes jactus sive jactatio*, a διαρρίπτω, qua voce usus est Aristoph. Thesm. 665. πανταχῆ διάρριφον ὄμμα, | καὶ τὰ τῆδε καὶ τὰ δεῦρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς. Sic πανταχῆ κυκλοῦσαν ὄμμα dictum *ibid.* 957. Simplex ρίφη occurrit apud Lycophr. 1326. Ad rem Aristoph. Pac. 331. τουτογι νῆ τὸν Δία | τὸ σκέλος ρίψαντες ἤδη λήγομεν τὸ δεξιόν. Id. Vesp. 1529. ρίπτε σκέλος οὐράνιον. Eurip. Troad. 326. πάλτε πόδ' αἰθέριον· ἄναγε χορὸν κ. τ. λ. ubi notat Schol. eis τὸν αἰθέρα χορεύει. Similiter δέραν eis αἰθέρα δρο-

σερὸν ρίπτουσα dixit Id. Bacch. 862. et *capita jaciunt* Catull. LXI. 23. de Mænadibus, et *comam jactare* Varro apud Non. c. 4. n. 251.

Ibid. Θριαμβοδιθύραμβος, Bacchi epitheton, *triumpho-dithyrambus*, vertente Schweighæusero. Est autem a θρίαμβος, *triumphus*, et Διθύραμβος, quod Bacchi cognomentum fuit. De voce θρίαμβος audiendus Etymol. Mag. Θρίαμβος, ἐπίδειξις νίκης, πομπή, καὶ τὸ σεμνύνεσθαι. ἔντισι πόλεσιν, ὅταν ἦνθουν αἱ συκαὶ, παῖδες περιελόντες σῦκα σὺν αὐτοῖς τοῖς θρίοις, ἔπαιζον, προσφέροντες (lege προφέροντες) ἱαμβεῖα τετράμετρα, ἢ ἡμιάμβεια. θρία δὲ εἰσὶ τὰ τῆς συκῆς φύλλα· ἐπεὶ εἰς τρία διέσχισται. ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ ἐν αἰθρία βάζεσθαι, ὃ ἐστὶ λέγεσθαι. γίνεται ἐκ τοῦ τρία, θρία· καὶ γὰρ τριμερές ἐστὶ τὸ φύλλον τῆς συκῆς. ἐκ τούτου γίνεται θρίαμβος, καὶ θριαμβεύω· λέγεται γὰρ, ὅτι ὁ Διόνυσος ἐποίησε στέφανον ἀπὸ συκῆς, καὶ οὕτως ἐθρίαμβευσεν, ἤγουν ἐπὶ μέσῃ διέβη. καὶ ἔτι φασὶν ἐν τῷ δῆμῳ τοῦτο γίνεσθαι. λέγεται καὶ θρίαμβος ὁ Διόνυσος, ὅτι ἐπὶ θηρῶν ἐπὶ λεόντων (lege ἐπὶ τῶν θηρῶν, τουτέστιν ἐπὶ τῶν λεόντων, ex Apostolii Collect. et Etymol. Gud.) βέβηκεν, οἷον θηρίαμβος· τῷ γὰρ ἄρματι αὐτοῦ λέοντας ὑποζευγνύειν φασίν. ἢ ὅτι καὶ συκῆς εὐρετής ἐστίν. ἢ ἀπὸ τοῦ θορεῖν· πηδητικὸς γάρ. λέγεται καὶ θυστήριος, ἀπὸ τοῦ θύειν, ὃ ἐστὶν ὀρμᾶν· ἀφ' οὗ καὶ τὸ αἰωρούμενον θύσανον. (Vide Hesiod. Scut. Herc. 225.) Θριαμβεύσας, δημοσιεύσας. Ex qua derivationum farragine illud saltem colligi debere videtur, ad θρίον et ἱαμβος hanc vocem referendam esse. Hesychius: Θρίαμβος. πομπή. ἐπίδειξις νίκης. ἢ Διονυσιακὸς ὕμνος, Ἰαμβος. ubi, pro Ἰαμβος, Θρίαμβος absurde conjecit Darnaud. Photius: Θριάμβους: τοὺς ἱάμβους ἔνιοι ἔλεγον. Nempe in Bacchi festo ficus, ut videtur, una cum foliis ficulneis, a pueris, carmina quædam probrosa occentantibus, in honorem dei circumferebantur, qui et ipse inde Θρίαμβος cognominatus est, teste etiam Athenæo I. p. 30. B. immo et θριαμβεύειν dicebatur, dum statua ejus in curru quasi triumphali per medium populum ducebatur. Quippe συκῆς εὐρετής, quod ait Etymologus, fuit Bacchus, hoc est, Osiris, (collato Herod. II. 42. et 144.) qui, India devicta, ut credibile est, arborem illam primus Ægyptiis notam fecit. Cf. Plin. VII. 2. *In India sub una ficu turmæ conduntur equitum.* Vide et XII. 5. ubi mira quædam de Inda ficu tradit. Athen. III. p. 78. C. Σωσίβιος δ' ὁ Λάκων ἀποδεικνὺς εὔρημα Διονύσου τὴν συκὴν διὰ τοῦτό φησι καὶ Λακεδαιμονίους συκίτην Διόνυσον τιμᾶν. Porro θριαμβεύειν dicebantur, qui in Bacchi sacris lætum clamorem tollebant. Hesychius: Θριαμβεύσαι. θορυβῆσαι. βοῆσαι. A θρίαμβος autem fit Latinum *triumphus*, olim *triumpus* scriptum, teste Cic. Orat. 48. Quintil. I. 5. Sic *triumphavit triumphos duos* dixit Gell. II. 11. ut δεύτερον θρίαμβον ἐθρίαμβευσεν Plutarch. Vit. Fab. p. 187. E. Venio ad Διθύραμβος. Etymol. Mag. Διθύραμβος, ὁ Διόνυσος. (Confer Athen. I.

p. 30. B. XI. p. 465. A.) ἐπίθετόν ἐστι τοῦ Διονύσου. ὅτι ἐν διθύρῳ ἄνθρωπος τῆς Νύσσης ἐγράφη. καὶ ὁμωνύμως τῷ θεῷ ὁ εἰς αὐτὸν ὕμνος. ἢ ἀπὸ τοῦ δύο θύρας βαίνειν, τὴν τε κοιλίαν τῆς μητρὸς Σεμέλης, καὶ τὸν μηρὸν τοῦ Διὸς· ἀπὸ τοῦ δεύτερον τετέχθαι, ἀπὸ τε τῆς μητρὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ μηροῦ τοῦ Διὸς· ἔν' ἢ ὁ δις θύραζε βεβηκώς. Πίνδαρος δὲ φησὶ λυθίραμβον, καὶ γὰρ Ζεὺς, τικτομένου αὐτοῦ, ἐπεβόα, Λῦθι ράμμα, λῦθι ράμμα :— ἔν' ἢ λυθίραμμος, καὶ διθύραμβος κατὰ τροπὴν καὶ πλεονασμόν. Etymol. Gud. Διθύραμβος ὁ Διόνυσος, ὁ δις βεβηκώς τὴν θύραν, τοῦτ' ἐστὶ τὰ τῆς μητρὸς, καὶ δις (delenda videtur hæc vox) τὸν τοῦ Διὸς μηρόν· καὶ ὕμνος εἰς Διόνυσον. Similia tradit Suidas in v. Sed nihil cum δίθυρος* huic vocabulo commune esse, extra omnem aleam dubitationis ponit syllabæ prioris quantitas metrica, quæ semper longa est, cum contra in δίθυρος non nisi pro brevi accipi possit. Archilochus Athen. XIV. p. 628. A. ὡς Διωνύσοι' ἀνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος | Φοῖδα διθύραμβον, οἴνω συγκεραυνωθείς φρένας. ubi Διωνύσοιο ἄ. Dindorfius, metro vix salvo. Sed nec Διωνύσου ἀνακτος opus est, cum Hermanno et Kiddio; nam digammon supprimit apostrophe, ut præclare ostendit Thierschius Gr. Gr. §. CLVIII. Epicharmus Athen. ibid. B. οὐκ ἐστὶ διθύραμβος, ὄκχ' ὕδωρ πίης. ubi ἐντι Bentleius Epist. ad Mill. p. 56. quod Dindorfium fugit. Eurip. Bacch. 526. ἴθι, Διθύραμβ', ἐμὰν ἄρ- | σενα τάνδε βᾶθι νῆδυν. Machon Athen. VIII. p. 341. A. τῶν διθυράμβων τὸν ποιητὴν, γεγονέναι | ὀψοφάγον. Et mox: τοὺς διθυράμβους σὺν θεοῖς καταλιμπάνω. Aristoph. Pac. 795. ψυχὰς δὲ ἢ τρεῖς διθυραμβοδιδασκάλων. Tria alia loca vide supra ad vv. 2. 7. 13. Sic et Horat. Od. IV. 2. 10. *Seu per audaces nova dithyrambos | verba devolvit.* Vide omnino Brunck. ad Aristoph. Nub. 984. Porson. ad Eurip. Orest. 5. et Suppl. Præf. Hec. p. LVI. Etenim Διθύραμβος ex Διῖθύραμβος contractum est, perinde atque Διπολιώδης, Διάσια, Διτύλας, Δίφιλος, ex Διῖπολιώδης, Διῖάσια, Διῖτύλας, Διῖφιλος. Vide Aristoph. Nub. 971. 407. Ran. 607. Machonem Athen. XIII. p. 579. E. Eustath. ad Il. A. 176. p. 57. 19. Bas. δῆλον δὲ, ὡς οὐ μόνον ἐκ τοῦ Διὸς γενικῆς αἰ συνθέσεις γίνονται, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ δοτικῆς. οἶον διῖπετης ποταμός· διῖφιλος, ἐξ οὗ κατὰ κράσιν Δίφιλος κύριον ὄνομα· Διῖτρέφης κύριον· διῖπετὲς Παλλάδιον. (De scriptura vocum διῖπετης et διῖτρέφης vide Elmsleium ad Eurip. Bacch. 1266. et ad Med. p. 131.) Etymol. Mag. Διῖφιλος, ὥσπερ παρὰ τὴν Ἄρηι δοτικὴν γίνεται ἀρηίφιλος, οὕτω καὶ παρὰ τὸ Διῖ, διῖφιλος· καὶ κράσει τῶν δύο ι ι εἰς ι μακρόν, Δίφιλος. Vide et in Δίφιλος. Hactenus de vocabuli Διθύραμβος syllaba priore. De θύραμ-

* Ne quis putet in Grammaticorum errorem incidisse Ovidium Metam. IV. 12. qui Bacchum *saturnique iterum, solumque bimatrem* ibi appellat, is sciat præ oculis, ut credibile est, poetam habuisse Hymn. Orph. XXIX. ubi διφυῆς Bacchi epitheton est, et LI. ubi διμάτωρ. Cf. Elmsl. ad Eurip. Bacch. 526.

βος, quod superest, res non adeo in proclivi est; in quo etiam hæsit Vir acutus Elmsleius ad Bacch. 526. notans *διθύραμβος* vocabulo similia esse *ἴαμβος* et *θρίαμβος*. Possis sane putare *διθύραμβος*, depravata pronuntiatione, quasi *διθρίαμβος* dictum esse, fere atque credibile est *ἀναμώλια* in *ἀνεμώλια* degenerasse. Vide Glossar. in *Hermesian.* v. 19. Perpenso autem Etymologi loco p. 119. l. ult. allato, adductoque altero Juliani Orat. VII. p. 220. *αἱ νύμφαι τὸ διθύραμμα προσεπέδουσαι κύοντι τῷ Διῷ*, vide annon in *θύραμβος* lateat id, quod, si *σύβραμβος*, vel *σύραμβος*, (collato Aristoph. *Thesm.* 665. Hesych. in *Διαρικνοῦσθαι* et *Διαριπίζεσθαι*, poscente literarum serie, Pind. *Ol.* VI. 143.) a *συρράπτω* scilicet, scriptum fuisset, vix aliquid incommodi in sese habuisset. Tum *δισύραμβος* valuisset *Jovi consultus*, h. e. Jovis femori insutus. Namque, ut a *κορύπτω* fit *κόρυμβος*, a *κύπτω* *κύμβος*, et ab *ἰθύπτω* obs. *ἴθυμβος*, ita a *ράπτω* fieret *ράμβος*, eadem analogia. Nec multum absimilia sunt *θάμβος* a *θάπω*, (cui affine est *θάπτω*) *στρόμβος* a *στρέφω*, *τύμβος* a *τύφω*, *στόμβος* a *στέμφω*, *λίμβος* obsoletum Æolicum, unde Latinum *limbus*, a *λίμπω* et *λιμπάνω* obs. unde *ἀπολιμπάνω*, *διαλιμπάνω*, &c. Quod ad literam *θ* attinet, nulla ob eam remanere debet difficultas, si modo in memoria teneamus, *θ* vice *σ* recentioris ab antiquis Græcis sæpius usurpatum esse. Et nihil certius, quam vocabulum *διθύραμβος* Græcismi fuisse vel antiquissimi. Vide Bentleium, *Dissertation on Phalaris* p. 295. Sic quod *ἴθμα* est Homero *Il.* E. 778. *ἴσμα* scriptum reperimus apud Lycophr. 731. Vide Eustath. ad Homeri l. c. p. 462. 14. Etymol. Mag. in *ἴσθμός*. Conferenda est etiam vox antiqua *ἐλκηθμός* Hom. *Il.* Z. 465. pro qua *ἐλκυσμός* usurparunt recentiores. Cf. Etymol. Mag. in *Κεύθω*, *ῥυθμός*, et *Κεκορυθμένα χαλκῶ*. Affinitas literarum satis patet vel ex Laconicis *σιὸρ*, pro *θεὸς*, *Σίβυλλα*, quasi *θεοῦ βουλή*, *Τιμόσεορ*, pro *Τιμόθεος*, *ἔσαμεν* (per *έθεωροῦμεν* exponit Hesychius) a *σάω*, pro *θάω*, et similibus. Cf. et *θάσσω* cum supino Latino *sessum*. Affinia esse *θόρυβος* et *σύρβη*, supra notavi ad v. 1. Ad rem etiam illud Etymol. Mag. *θάλασσα, παρὰ τὸ σάλον, σάλασσα καὶ θάλασσα, μεταθέσει τοῦ σ εἰς θ, ὡς ὄρχησμός, ὄρχηθμός*. Vide Kæn. ad Gregor. p. 300. Qua quidem vocis *διθύραμβος* posita derivatione, nulla etiam in *ἴαμβος* vocabulo amplius exstabit difficultas, quæ, eadem analogia, ab *ιάπτω* descendit. Hesychius: *Ἰάπτειν. σπαράσσειν, αἰκίζεσθαι. βοᾶν. βλάπτειν. Soph. Aj. 500. καὶ τις πικρὸν πρόσφθεγμα δεσποτῶν ἐρεῖ, | λόγοις ἰάπτων*. Cf. Etymol. Mag. *ἰαμβίζειν, τὸ λοιδορεῖν καὶ κακολογεῖν*.

V. 19. *κισσοχαίτης, hedera comam cinctus, κισσῶ στεφανωθείς*, uti dixit Eurip. Bacch. 81. Sic *κισσοκόμης* audit Bacchus Hymn. Homer. in Bacch. 1. qui et alibi *κισσοστεφῆς* et *κισσοστέφανος* appellatur. Eurip. Antiope Fragm. apud Clem. Alex. p. 418. *ἐνδον δὲ θαλάμοις βου-*

κόλον | κομώντα κισσῶ, στύλον Εἵτου θεοῦ. Cf. Eurip. Phœn. 660. seq. Bacch. 106. 341. Ovid. Metam. VI. 598. *Raptæque insignia Bacchi | induit: et vultus hederarum frondibus abdit.* Id. Trist. I. 6. init. *Deme meis hederas, Bacchica sarta, comis.* Nemesian. Ecl. III. 18. *Te cano, qui gravidis hederata fronte corymbis | vitea sarta plicas, qui comptos palmitate tigris | ducis odoratis perfusus colla capillis, | vera Jovis proles.*

Ibid. ἄναξ, rex, vel, si mavis, deus. Eurip. Bacch. 1030. ὄναξ Βρόμει, καὶ γὰρ θεὸς φαίνει μέγας. Hymn. Orph. XXIX. init. κικλήσκω Διόνυσον, ἐρίβρομον εὐαστήρα, | προτόγονον, διφυῆ, τρίγονον, Βακχεῖον ἄνακτα. De Jove, deorum principe, Hom. Il. Γ. 351. Ζεῦ Φάνα, δὸς τίσασθαι, ὃ με πρότερος κάκ' ἔφοργε. Epicharmus apud Macrob. Saturn. V. 20. Ζεῦ Φάνα, ναίων Γάργαρ' ἀγάννιφα. Adde Æsch. Pers. 768. Sic et Apollo ἄναξ appellatur Hom. Il. A. 36. et alibi, Æsch. Sept. c. Theb. 802. Soph. Œd. R. 80. et 96. Eurip. Androm. 1005. Aristoph. Plut. 438. Neptunus Hom. Il. N. 28. 38. Soph. Œd. Col. 713. Eurip. Hipp. 45. Vulcanus Hom. Il. Σ. 137. Mercurius Il. B. 104. Eurip. Med. 757. Hymenæus Eurip. Troad. 310. 314. Hercules Soph. Œd. R. 155. Aristoph. Acharn. 94. Pollux Pind. Pyth. XI. 94. Pluto denique Hom. Il. Υ. 61. Etymol. Mag. Ἄναξ, παρὰ τὸ τὴν ἄνω τάξιν ἔχειν· ἢ ὁ ἄνω αἴσων κατὰ δύναμιν τοῦ κρατεῖν· ἢ πρὸς ὃν πάντα ἀναφέρονται. σημαίνει τρία· τὸν βασιλέα, ὡς τὸ, Ἄτρείδη κύδιστε ἄναξ ἀνδρῶν:—(Il. B. 434.) καὶ τὸν δεσπότην, Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἡμετέροιο:—(Od. A. 397.) σημαίνει δὲ καὶ τὸν θεόν, Ὀφρ' ἴλαον (lege ἰλασσώμεθ') ἄνακτα. (Il. A. 444.) Vides de derivatione prorsus nugari Grammaticum. Nec felicius Dammius, qui ab ἄνω, vel ἀνά, et ἄκος vocabulum ducit. Namque cum ἀνά, vel ἄνω, nihil huic voci commune esse vel exinde manifestum est, quod digammo carent hæ particulae. Nec minus absurde, opinor, notavit Dammius, ab Eustathio deceptus ad Il. B. 102. p. 138. 2. Bas. proprie θείαν λέξιν esse, cum a regibus ad deos, quam a diis ad reges, tralatum fuisse hunc appellandi modum multo sit credibilis, collata Hermapionis Flaminii obelisci Interpretatione apud Ammian. XVII. 4. cujus ea est ratio, ut de deone sit sermo, an de rege, cujus laudes ibi prædicantur, passim fere in dubio relinquatur. Ab Ægypto autem in Græciam, heroicis temporibus, facile fluxerit hæc ambiguitas, qua nihil istius ævi regulis magis cordi esse poterat. Cum vero Ἄνακες, et Ἄνακοί, et Ἄνακτες dicti fuerint κατ' ἐξοχὴν Dioscuri, cognatumque plane vocabulum sit ἀνακῶς, (Gloss. Herod. ἀνακῶς. ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς) vide annon ἄναξ primitus valuerit qui curam intendit, vel qui sollicite observat, et nihil amplius. Sic Agamemnonem, qui alicubi ἄναξ ἀνδρῶν audit, ποιμένα λαῶν, populi pastorem, h. e. curatorem, ideoque regem, appellat Homerus Il. A. 263. Cf. Virg. Ecl. II. 33.

Pan curat oves, oviumque magistros. Quam locutionem ex Ægypto petitam esse tantum non constat, tum quod regum suorum effigies manu dextra pedum, sinistra autem tribulæ quoddam genus, tenentes sæpius effingebant Ægyptii, tum etiam quod ex Ægyptiaco *pimen*, ejusdem significationis, Græcum vocabulum fluxit. Vide quæ nos in Addendis ad Anal. Gr. Min. Dalzel. p. 164. Quo pertinent, ni fallor, utriusque Testamenti loca sequentia, (collato Act. VII. 22.) Ezech. XXXIV. 2. *ὁ ποιμένες Ἰσραὴλ, μὴ βόσκουσι ποιμένες ἑαυτοὺς; οὐ τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες;* Et 23. *καὶ ἀναστήσω ἐπ' αὐτοὺς ποιμένα ἕνα, καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς, τὸν δούλον μου Δαυὶδ, καὶ ἔσται αὐτῶν ποιμήν.* Lege totum caput. Matth. II. 6. *ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ.* Apocal. XIX. 15. *καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.*

V. 20. *χορεία, chorea, saltatio cum cantu.* Aristoph. Thesm. 953. *ὄμμα, χῶρει | κούφα ποσίν, ἄγ' ἐς κύκλον, | χειρὶ σύναπτε χεῖρα, ῥυθμὸν χορείας | ὑπαγε πᾶσα· βαῖνε καρπαλίμοι ποδοῖν. | ἐπισκοπεῖν δέ, πανταχῇ | κυκλοῦσαν ὄμμα, χρὴ χοροῦ κατάστασιν. | ἅμα δὲ καὶ | γένος Ὀλυμπίων θεῶν | μέλπε καὶ γέραιρε φωνῇ, πᾶσα χορομανεῖ τρόπῳ.* Virg. Æn. VI. 644. *Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt.* Claudian. de Bell. Gild. 448. *Cantatricesque choreas.* Plato de Legg. II. citante H. Stephano: *χορεία γε μὴν ὄρχησις τε καὶ ᾠδὴ ξύνολόν ἐστι.* Suidas: *Χορεία. οἱ παλαιοὶ τὴν μετὰ ᾠδῆς ὄρχησιν.*

VERSIONES LATINÆ.

Quisnam tumultus hicce?	
quinam hi saltantium cantus?	
quæ contumelia invasit	
Dionysiacum	
strepitu-plenum pulpitem?	5
Meus, meus est Bromius:	
meum est personare,	
meum est perstrepere,	
per montes discurrentem	
cum Naiadibus,	10
cygni ad instar, peragentem	
varium volucreque carmen.	
Cantum sane	
tu es, Musa, regina:	
tibia vero post te partes suas agat.	15

Est enim famula comissionum solum
 his qui ad fores pugnant, et qui pugnis contendunt.
 ut ferox fiat belli dux.
 Feri eum qui Phrynæo vario eminet,
 crema sputo-refertum calamum 20
 garrulum, importunum, cantici rhythmum prætergredientem

 triumpho-dithyrambe hedera-comam-cincte Rex,
 audi meum Doricum cantum. 25
 SCHWEIGHÆUSER*.

*Eadem Versio reformata, et partim ad textum Dindorfianum, partim etiam
 ad emendationes propositas, accommodata.*

Quisnam tumultus hicce? quænam hæc tripudia?
 quæ contumelia invasit Dionysiacam multisonam thymelam?
 Meus, meus est Bromius:
 me oportet personare, me oportet perstrepere,
 per montes ruentem cum Naiadibus, 5
 ceu cycnum peragentem
 varium et volucre carmen.
 Cantuum tu, Pieri, es regina: tibia vero
 post te partes suas agat.
 Est enim ministra comissionum solum, 10
 et in fores incursantibus juvenum pugilationibus (*h. e.* pugnis in
 fores incursantibus juvenibus) solet temulenta
 dux fieri.
 Tolle Phrygiam vocem clamosam profundentem,
 crema sputo-refertum calamum,
 garrulum, importunum, cantici rhythmum prætergredientem, 15
 et a terebra, (*h. e.* a tiliarum perforatore) quod ad figuram attinet,
 effictum.
 En! ecce! tibi hæc dextra,
 et pedis in diversas partes jactatio, triumpho-dithyrambe
 hedera comam cincte rex, audi
 meum Doricum cantum choricum. 20

J. B.

* Textum Schweighæuseranum vide in Addendis.

VERSIONES ANGLICÆ.

What means this tumult? Why this rage?
 What thunder shakes th' Athenian stage?
 'Tis frantic Bromius bids me sing,
 He tunes the pipe, he smites the string;
 The Dryads with their chief accord, 5
 Submit, and hail the drama's lord.
 Be still! and let distraction cease,
 Nor thus prophane the Muse's peace;
 By sacred fiat I preside
 The minstrel's master and his guide; 10
 He, whilst the chorus strains proceed,
 Shall follow with responsive reed;
 To measur'd notes whilst they advance,
 He in wild maze shall lead the dance.
 So generals in the front appear, 15
 Whilst music echoes from the rear.
 Now silence each discordant sound!
 For see, with ivy chaplet crown'd,
 Bacchus appears! He speaks in me—
 Hear, and obey the god's decree! 20

CUMBERLAND.

What revel-rout is this? What noise is here?
 What barb'rous discord strikes my ear?
 What jarring sounds are these, that rage
 Unholy on the Bacchic stage?
 'Tis mine to sing in Bromius' praise— 5
 'Tis mine to laud the god in dithyrambic lays—
 As o'er the mountain's height,
 The woodland Nymphs among,
 I wing my rapid flight,
 And tune my varied song, 10
 Sweet as the melody of swans,—that lave
 Their rustling pennons in the silver wave.
 Of the harmonious lay the Muse is sov'reign still:
 Then let the minstrel follow, if he will—
 But not precede: whose stricter care should be, 15
 And more appropriate aim,
 To fan the lawless flame

Of fiery youths, and lead them on
 To deeds of drunkenness alone,
 The minister of revelry— 20
 When doors, with many a sturdy stroke,
 Fly from their bolts, to shivers broke,
 And captive beauty yields, but is not won.
 Down with the Phrygian pipe's discordant sound!
 Crackle ye flames! and burn the monster foul 25
 To very ashes—in whose notes are found
 Naught but what's harsh, and flat,—no music for the soul,—
 The work of some vile handicraft. To thee,
 Great Dithyrambus! ivy-tressed king!
 I stretch my hand—'tis here—and rapidly 30
 My feet in airy mazes fling.
 Listen my Doric lay; to thee, to thee I sing.

J. B.

A D D E N D A.

P. 1. v. 4. Cf. Theocr. Id. I. 130. ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' Ἔρωτος ἐς Ἄϊδαν
 ἔλκομαι ἠδῆ.

P. 2. v. 51. καὶ γὰρ τὴν ὁ μελιχρὸς κ. τ. λ. Vertit Fawkesius: *For
 sweet Anacreon lov'd the Lesbian dame; | the Muse-rapt maid inspir'd
 the brightest flame: | and oft his native land he would resign | for wit
 more brilliant, and for better wine.*

P. 3. v. 53. Hodie malim: ἄλλοτε μὲν λείπων Σάμον, ἄλλοτε δ' αὐτε
 —Hesiod. apud Schol. in Apoll. Rhod. I. 156. ἄλλοτε μὲν γὰρ ἐν ὄρνι-
 θεοσι φάνεσκεν | ἄφετός· ἄλλοτε δ' αὐτε πελέσκετο, θαῦμα Φιδέσθαι, |
 μύρμηξ· ἄλλοτε δ' αὐτε κ. τ. λ. Id. Theog. 830. ἄλλοτε μὲν γὰρ | φθέγ-
 γονθ', ὥστε θεοῖσι συνιέμεν, ἄλλοτε δ' αὐτε | ταύρου ἐριβρύχῳ μένος
 κ. τ. λ. Et vide annon in fine corrupti αὐτὴν lateat pronomen posses-
 sivum, ad proximum versum detrudendum, qui sic tandem fortasse re-
 fingi debet: ἦν δορὶ οἰνηρὴν κεκλιμένην πατρίδα. Sic Hom. Od. Δ. 521.
 ἦτοι ὁ μὲν χαιρών ἐπεβήσετο πατρίδος αἴης, | καὶ κύνει ἀπτόμενος ἦν πα-
 τρίδα. Cf. et I. 28. 34. Nempe, absorpto vocabulo ἦν, voces δορὶ οἰνη-

ρην, quæ in initio versus restabant, transposuit male sedulus librarius, et δορι in monstrosum δοῦριν (δορι Casaubonus) mutavit, ut metro succurreret. Hiatus ejus generis est, quod ante voculas olim digammo insignitas sæpius servarunt, epici carminis studiosi, poetæ recentiores.

Ibid. l. 3. a fine: Illud Programmata nunc reperitur inter Hermanni Opuscula T. IV. p. 240—252.

P. 5. n. 3. Si quid mutandum, malim ἀτερπέα χώρον. Hom. Od. A. 93. τίπτ' αὐτ', ὦ δύστηνε, λιπὼν φάος ἡελίοιο | ἤλυθες, ὄφρα Φίδης νέκρας καὶ ἀτερπέα χώρον;

Ibid. κακὸν—χώρον verte: *impiam regionem*, Angl. *the bad place*. Sic *impia Tartara*, et *limen sceleratum* dixit Virg. *Æn.* VI. 733. 563. et *sedes scelerata* Ovid. *Metam.* IV. 455.

Ibid. Farewell, fair queen; &c. Locum, uti audio, jam contulit Malone. Liber, quod meum est infortunium, in manibus hypothecarii est.

P. 6. n. 6. fin. Virgil. *Æn.* VI. 285. *Multaque præterea variarum monstra ferarum, | Centauri &c.* Milton. *Par. L.* II. 625. *All monstrous, all prodigious things, | abominable, unutterable, and worse | than fables yet have feign'd, or fear conceiv'd, | Gorgons, and Hydras, and Chimæras dire.*

Ibid. n. 8. Possis sane, collato loco Horatiano, ἀθέλητον. Lex. Seg. Bekker. p. 322. ἀβούλητον κακόν: ἀθέλητον, ὃ οὐ θέλει τις. Eadem verba protulit Suidas. Hesychius: ἀβούλητον, ἀθέλητον. Putaram ἀγέλαστον ὑπ' ὄφρῦσι μειδήσαντα, h. e. ἀγέλαστον πρόσωπον βιαζόμενον, collato *Æsch.* *Agam.* 767. Lex. Seg. p. 337. citante Blomfieldio: ἀγέλαστος. ὃ μὴ πρὸς γέλωτα ἐπιτήδειος, καὶ ὃ στυγνός. Hodie autem vulgatum ἀθέμιστον unice verum censeo, quod valeat ἄδικον, ἄνομον, παράνομον. Notat G. G. Humphry: “ἀθέμιστον—perhaps *lawless*—to which the divine government does not extend.” Hesychius: Ἀθέμιστοι. ἄνομοι, ἄδικοι. Sic Κυκλώπων ἀθεμιστων dixit Homerus Od. I. 106. et Κύκλωψ ἀθεμιστία Φειδῶς *ibid.* 428.

P. 7. l. 8. βλέμμα κυνὸς pro κύνα duriusculum esse censet G. G. Humphry, nec cum φωνήν τεθωμένον facile conjungendum. Neque ei satis magna videtur esse Hesychii auctoritas, qua sola vulgatum τεθωμένον sollicitetur.

Ibid. n. 10. Hodie πολὺν μύστησιν, cum Blomfieldio, unice verum esse censeo.

Ibid. n. 11. l. 3. Saltem *Æolicum* esset Ῥάριον, spiritu leni, prout scribi vult Hermannus, ideoque ab Hermesianacte prorsus alienum. Schol. in Dionys. Thrac. p. 693. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ συμφώνου τίθεται ἐνὸς μόνου τοῦ ρ ἢ δασεῖα καὶ ἡ ψιλὴ. ἐπὶ μὲν τοῦ Ῥώμη καὶ Ῥέω τίθεται ἡ δασεῖα, ἐπὶ δὲ τοῦ Ῥάρος, ὃ σημαίνει τὸ βρέφος κατὰ τοὺς Αἰολεῖς, ἡ ψιλὴ. Καὶ διὰ τί τὸ Ῥάρος ψιλοῦται; ὅτι ἡ Αἰολίς γλῶττα, τὸ ψιλοῦν τὰ σοι-

χειὰ φιλεῖ, ὡσπὲρ καὶ τὸ ὕ πάσης λέξεως ἄρχον πάντες μὲν δασύνουσι, οἱ δὲ Αἰολεῖς ψιλοῦσι. ἀντίκα τὸ ὕρχας, Αἰολικὸν ὄν, ψιλοῦται. Similia habet MS. Porphyrii περὶ Προσῳδίας apud Albertium ad Hesych. T. II. p. 1103. Vide et Kœn. ad Gregor. p. 588. Hesychii glossa, ad quam pertinet Albertii nota, hæc est: 'Ράριον. παιδίον. ubi πεδίον certatim corrigunt VV. DD. Sed nec temere aspernandum est illud παιδίον, id quod vel ex loco Scholiastæ in Dionysium Thracem satis manifestum est. Mihi quidem manca videtur esse hæc glossa, tali modo fortasse supplenda, et legenda: 'Ράριον. πεδίον. καὶ ῥάρος, (vel ῥάριον) παιδίον. Sic Lex. περὶ Πνευμ. post Ammon. p. 242. 'Ράριον, πεδίον. καὶ 'Ράρος, τὸ ἀμβλωθρίδιον βρέφος. Etymol. Mag. 'Ράρος, οἱ μὲν, λέγουσι ὄνομα τόπου· οἱ δὲ, τὴν γαστέρα· ἐξ οὗ καὶ ῥάριον λέγεται, τὸ βρέφος. οὕτως εὗρον τὸ λεξείδιον. Suidas: 'Ράριον. τὸ βρέφος. Idem: 'Ράρος. ἡ γαστήρ. ἐξ οὗ ῥάριον τὸ βρέφος. Et nescio annon, collato loco Lex. περὶ Πνευμ. ex ῥάρος Æolico fluxerit Latinum *rarus*, (favente etiam quantitate) notione a ῥάροις, h. e. infantibus abortivis, petita, qui tum corporis exiguitate *raviori* plerumque nascuntur, tum etiam, siquidem adolescant, in suos artus concreti, *rara* quadam brevitate corporaturæ fere semper insigniuntur. Donneganus nostras, ex Schneidero fortasse: "'Ράριον, ον, τὸ, and ῥάρος, a remarkably small child, or an abortive infant.'" Similiter ad *mel* substantivum Latinum referendum est adjectivum comparativum *melior*, ut proprie sit Angl. *sweeter*, h. e. *better in point of sweetness*, et exinde, latiori significatione, *præstantior*, *aptior*, *potior*, &c. prout exponunt Lexicographi. Nec nisi pro cognatis vocabulis sumi debere videntur *μανὸς* et *νάνος*; quod meam conjecturam quodammodo firmat.

Ibid. Nescio an accusativus *Δήμητρα* defendi possit ex Apoll. Rhod. IV. 1113. ἀμφίπολοι δέσποιναν ἐὴν μεταποιπνύουσαι. Sed verum fortasse est *Δημήτρα*, quod vulgato prope abest. Suidas: *Δήμητρα*. ὄνομα θεᾶς. Vet. Gloss. *Δήμητρα*. Ceres.

P. 8. l. 4. a *fine*: Musæi oracula meminit Herod. VII. 6. VIII. 96. IX. 43. Vide Porson. ad Eurip. Orest. 5.

P. 9. l. 1. Lectionem ἀπαρχόμενος confirmare videtur Eustathii locus ad Il. Σ. 570. de Lino: ἐτάφη δὲ ἐν Θήβαις, καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ τῶν ποιήτων θρηνηθεῖσιν ἀπαρχαῖς.

Ibid. n. 15. Mosch. Id. III. 72. ἀπόλετο πρᾶν τοι Ὅμηρος, | τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα. Incerti Epigr. Anth. Gr. V. p. 532. Brod. de Homero: Πιερικὴ δὲ μέλισσα περὶ στόμα θεῖον ἀλάτο, | κηρίον ὠδίγουσα μελισταγές.

Ibid. n. 16. *init.* Sic *ιατρὸν θεῶν*, pro *ιατρὸν θεὸν*, optime reposuit Salmasius apud Hesych. in Παιήονα.

P. 11. n. 22. *fin.* κνίζετο μὲν Ναννοῦς Porsonus *Tracts* p. 245. com-

parans Machonis l. c. quod tum me, tum etiam Dindorfium fugit, ob vocabulum "Hermesianax" a Kiddio, ἀνθρώπινόν τι παθόντι, male positum. Quam tamen emendationem, utcunque elegantem, improbare videtur Dobræus ad Aristoph. Plut. 974, 5. et fortasse minus necessariam reddit Charitonis locus ab Heinrichio citatus. Cum vulgato conferendus est Plutarch. Amator. p. 753. A. ἐράται γὰρ αὐτοῦ καὶ καίεται. ubi ἐρά τε corrigendum videtur.

P. 13. n. 24. Hodie incertus sum, annon totum distichon sic legendum sit: ἤκαχε δ' Ἐρμόβιον τὸν ἀεὶ βαρὺν, ἠδὲ Φερέκλην | ἐχθρὸν μισήσας οἷ' ἀνέπεμψεν ἔπη. Tunc ἤκαχε vertendum Angl. *he galled*, vel *he lampooned*, et οἷ' ἀνέπεμψεν ἔπη, *what picquant verses he published!* Hesychius: ἤκαχεν. ἔβλαψεν, ἐλύπησεν. Hom. Od. II. 428. ἤκαχε Θεσπρωτῶν. *laesit, malo affecit.* Alcæus Messenius Anth. Gr. III. p. 386. Brod. ἠρώων τὸν ἀοιδὸν Ἴω ἐνὶ παιῖδες Ὀμηρον | ἤκαχον, ἐκ Μουσέων γριῖφον ὑφηνάμενοι.

Ibid. n. 24. l. 5. a fin. Formam Φέρεκλος usurpavit Hom. II. E. 59.

Ibid. n. 26. Quivis videbit Aldinum χρυσηίδος ex librario profectum esse, circa Homerum satagente. Quod genus errorum satis frequens est, et ad ridiculum sæpius vergit. Sic διεμήρισαν ἄνδρες δικασταί, per scribæ stupiditatem, in Demosthenem intenti, habet Suidæ ed. Mediol. in Διεμήρισαν, satis ridicule, tum sensu, tum metro respuente. Locus est Aristoph. Av. 706. ubi recte legitur δ. ἄνδρες ἐρασταί, prout ipse Suidas in Ἀπομώμοκα.

Ibid. n. 26. fin. Lydæ Antimacheæ loca nonnulla apud Schol. Apollonii I. 1289. II. 297. III. 409. IV. 259. 1153. Schol. Ven. ad Il. Z. 200. indicavit Blomfieldius in Diatriba de Antimacho. Adde Schol. Eurip. Phœn. 44. ubi plura suppeditabit Valckenærius.

P. 15. l. 7. Vide Blomfield. Glossar. in Æsch. Pers. 197. Locus, dum notam scribebam, me fugerat.

P. 16. l. 10. ἐν τινι στασίμῳ. Vide Casaub. ad Athen. p. 555. Hermann. El. Doctr. Metr. III. 22.

Ibid. l. 2. a fin. Reisig. in Enarrat. Soph. CEd. C. p. IV. ita legit: Βάκχον καὶ τὸν Ἐρωτ' ἀναγεῖραι εἶαρι εἶδος [Φθέγμα τὸ * * * *] Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ.

P. 18. n. 41. Ion Anth. Gr. III. p. 394. Brod. εἰ καὶ δακρυόεις, Εὐριπίδῃ, εἰλέ σε πότμος, | καὶ σε λυκορραῖσται δεῖπνον ἔθεντο κύνες, | τὸν σκηνῇ μελίγηρυν ἀηδόνα, κόσμον Ἀθηνῶν, | τὸν σοφίῃ τραγικὴν μιζήμενον χάριτα, | ἀλλ' ἔμολες Πελλαῖον ὑπ' ἠρίον, ὡς ἂν ὁ λάτρης | Πιερίδων ναίης ἀγχοῦθι Πιερίδων. Adde Ovid. Ib. 595. Gell. XV. 20. Val. Max. IX. 12. Pausan. I. p. 3. Quæ loca attulit Auctor Libelli inscripti *The Theatre of the Greeks* p. 138. Camb. 1827.

Ibid. n. 42. Etiam Westonus ἀνεθρέψαντο.

Ibid. n. 43. init. Similiter *κᾶπος*, pro *ἄπος*, Ald. et plures MSS. Eurip. Phœn. 865. Vide Porson. ad l. *In fine adde*: Theocr. Id. I. 71. *τῆνον μὲν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο, | τῆνον χῶ' κ' ὄρυμοιο λέων ἀνέκλαυσε θανόντα.* Et μοχ: *πολλαὶ Φοὶ παρ ποσσὶ βόφες, πολλοὶ δὲ τε ταῦροι, | πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο.* Antipater Anth. Gr. III. p. 389. Brod. de Orpheo: *ἐπωδύραντο δὲ πέτραι, | καὶ δρύες, ἄς ἐρατῇ τοπρὶν ἔθελε λύρη.* Virg. Ecl. V. 27. *Daphni, tuum Pænos etiam ingemuisse leones | interitum, montesque feri silvæque loquuntur.* ubi *montesque feros silvasque malim, cum Heynio.* Id. *ibid.* X. 13. *Pinifer illum etiam sola sub rupe jacentem | Mænalus, et gelidi fleverunt saxa Lycæi. | Stant et oves circum;—Omnes, unde amor iste, rogant, tibi?* Id. Georg. IV. 461. *Flerunt Rhodopeiæ arces, | altaque Pangæa, et Rhesi Mavortia tellus, &c.* Ovid. Ep. Heroid. XV. 151. *Quin etiam rami positos lugere videntur | frondibus.* Paulo moderatius Euripides tragicus Phœn. 1361. ΑΓ. *ὦ δῶματ' εἰσηκούσατ' Οιδίπου τάδε, | παίδων ὁμοίαις ζυμφοραῖς ὀλωλότων; | ΧΟ. ὦστ' ἐκδακρῦσαί γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανεν.* Cowleius nostras, *Constantia et Philetas* p. 6. *And all the senseless walls, which are | now round about me, cannot hear. | For, if they could, they sure would weep, | and with my griefs relent: | unless their willing tears they keep, | till I from earth am sent. | Then, I believe, they'll all deplore | my fate, since I taught them before.*

P. 19. l. 15. “Huc facit Philostratus in vita Herodis Attici: *εἰκόνας γοῦν ἀνετίθει σφῶν θηρώντων τε καὶ τεθηρακῶτων καὶ θηρασόντων τὰς μὲν ἐν ὄρυμοις, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς ΠΛΑΤΑΝΩΝ.*” WESTON.

P. 20. n. 48. Contra *πικρά* (assentiente Suida in *Λαμυρὸς*) restituit Porsonus Meleagro Anth. Gr. VII. p. 611. Brod. ubi vulgo legitur: *ἦ γὰρ ὁ καῖς τούτοισι γελᾷ, καὶ πυκνὰ κακισθεῖς, | ἦδεταί.* Vide *Tracts* p. 259.

Ibid. n. 50. Equidem, collato loco Homérico, οὐδ' οἱ δεινὸν verum esse censeo. Estque οἱ hoc in loco, ni fallor, tum fortius, tum etiam magis epicum, quam οἷδε. Notandum autem Hermesianactem paulo negligentiore esse in iisdem vocibus, vel locutionibus, repetendis, interdum etiam, quamvis ipsas non diserte repetat, in earum tamen repetitione tantum non versari. Sic *ρέυμα* habemus 6. 42. *μεγάλων, μεγάλους, 6. 13. ῥνομένης, ῥνόμενον, 6. 78. ἀοιδιάων, ἀοιδὸς, ἀοιδὸν, 13. 27. 49. 75. μαλακοῦ πνεῦμα, 14. 36. ἦρανος, ἦρανον, 16. 22. ἀποπρολιπόντα, ἀποπρολιπῶν, 21. 44. πόλλ' ἔπαθεν, πολλὰ παθῶν, πολλὸν ἀνατλάς, 25. 31. 35. λόγων, λόγοις, 25. 45. 81. 94. λόγων ἀνεγράψατο βίβλους, γόνων (λόγων) ἐνεπλήσατο βίβλους, 25. 45. ἕμνων, 26. 49. πολλὸν, 32. 35. ἐκλαίεν, κλαίων, 33. 44. εὔρετο, εὔρόμενον, εὔρε, εὔρόμενος, 35. 67. 87. 94. πολὺ, (σκολιῶ) σκολιοῖο, σκολιῶν, 37. 63. 80. πολλαῖ, πολλαῖς, 37. 56. λωτῶ,*

λωτοῦ, 37. 70. κώμους, 38. 47. πόθον, πόθος, 47. 73. 95. ἡράσατο, 49. 96. ἄνδρα, 50. 61. 69. 95. ταμίην, 66. 70. θήκαθ' ὑπὸ, θῆκαν ὑπὸ, 74. 76. ἀνθρώπων, 80. 90. σοφίην, σοφίη, 80. 90.

P. 21. l. 2. Theanonis γαμικά παραγγέλματα quædam meminit Stobæus T. 74. 32. 53. 55. Θεανὼ ἢ Πυθαγόρειος ἐρωτηθεῖσα πῶς ἐνδοξὸς ἔσται, ἔφη· Ἴστον ἐποιχομένη, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιώσα.—Θεανὼ ἐρωτηθεῖσα ποσταία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύει, Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, εἶπε, παραχρῆμα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδέποτε.—Θεανὼ ἢ Πυθαγορικὴ φιλόσοφος ἐρωτηθεῖσα τί πρέπον εἴη γυναικί, Τὸ τῷ ἰδίῳ, ἔφη, ἀρέσκειν ἀνδρί. Plutarch. Conjug. Præcept. p. 142. C. et apud Stob. T. 74. 49. ἢ Θεανὼ παρέφηγε τὴν χεῖρα περιβαλλομένη τὸ ἱμάτιον· τινὸς δ' εἰπόντος, (Stob. εἰπόντος δὲ τινος) Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἔφη. δεῖ δὲ μὴ μόνον τὸν πῆχυν, ἀλλὰ μὴδὲ τὸν λόγον δημόσιον εἶναι τῆς σώφρονος· ἀλλὰ (καὶ Stob. sed ἀλλὰ Gesneri margo, ex Plutarcho scilicet) τὴν φωνήν, ὡς ἀπογύμνωσιν αἰδεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι πρὸς τοὺς ἐκτός. ἐνορᾶται γὰρ αὐτῇ (Stob. ὁρᾶται γὰρ ἐν αὐτῇ) καὶ πάθος, καὶ ἦθος, καὶ διάθεσις λαλούσης. (Stob. τῆς λαλούσης) Plutarchi ἔκδοσιν neglexit Gaisfordius.

Ibid. n. 53. De Porsoni emendatione vide etiam Kidd. ad Dawes. p. 297. Cic. Cat. Maj. 21. Socrates—*is, qui esset omnium sapientissimus oraculo Apollinis judicatus.* Milton. *Par. R.* IV. 272. *To sage philosophy next lend thine ear, | from Heav'n descended to the low-rooft house | of Socrates; see there his tenement, | whom well inspir'd the oracle pronounc'd | wisest of men.* Quæ loca attulit Kiddius *ibid.* p. 298. Poetam Anglicum nescio quem citat Poolius, *The English Parnassus* p. 530. de Socrate sic loquentem: *He whom Apollo wisest thought of men.*

P. 22. n. 59. Sic πόθον ἔχειν δεινὸν dixit Xen. *Cyrop.* II. 1. 13. Dubitari tamen potest, an δεινὸς πόθος proprie expresserit Virgilianum illud *dira cupido*, qua locutione usus est poeta etiam *Æn.* VI. 721. Propius fortasse ad Græca accedit Lucretianum IV. 1083. *Tam magis ardescit dira cuppedine pectus.* Δεινὸς per ὁ φόβου ποιητικὸς exponit Etymologus Magnus, additque, *παρὰ τὸ δέος γίνεται δεινὸς*, (lege *δεενὸς*: male Larcherus, *δεινὸς*) καὶ κράσει *δεινός*. Eadem analogia *δειλη* ex *δεέλη* per crasin factum est, notante eodem Grammatico, itemque Etymologo Gudiano. Cf. *δείελος* et *εὐδείελος* epica. Et nescio annon primitus ad *Deorum metum* pertinuerit hoc epitheton, quod Diis ab Homero toties tributum videmus. Confer Virg. *Æn.* VIII. 349. *Jam tum religio pavidos terrebat agrestes | dira loci: jam tum sylvam saxumque tremebant.* Vide omnino Facc. et Forc. *Lexicon in Religio* sub init. A δεινὸς autem ortum vult Vossius Latinum *dirus*, ut a *μονά*, *Æol.* pro *μονή*, fit *mora*, N in R cedente. Quod contra factum videmus in *donum* a *δῶρον*: nam, qui hanc vocem ad *δάνος* referunt, conferuntque

cum *domo* a *δαμάω*, ii plane in analogiam peccant, cum pænultima in *δάνος* sit brevis, in Latina autem voce longa. In Virgilianis *dira cupido*, *dira fames*, si loca attente perpendamus, notio epitheto inest primitivo Græcæ vocis usui plane affinis. Inde illud Servii ad *Æn.* II. 519. *Dira est deorum ira. Ergo quæ mens dira, infusa ex deorum ira.* Sic et Festus: *Dirus, dei ira natus.* Nonius c. 1. n. 127. *Dirum est triste, infestum, et quasi deorum ira immissum.* Isid. Orig. X. p. 1073. *Dirus præparcus et teter, quasi divina ira in id actus. Nam dirum dicitur, quod divina refertur ira.* ubi, pro *præparcus*, legendum videtur *tetricus*. Qui tamen derivandi modus analogiæ prorsus repugnat. Ceterum in loco Georgicorum allato *dira* simpliciter per *magna et vehemens* ipse Servius exponit; quæ saltem Lucretii loco satis apte convenire videtur expositio. *Sil. Ital.* IV. 284. *Contorquet nodis et obusto robore diram | vel portas quassare trabem.* h. e. potentem quassare, ut exponunt Facciolatus et Forcellinus, collatis Græcis *δεινὸς λέγειν, δεινὸς γράφειν*. Obiter notabo, (ad rem me quasi manu duxit vocis *δάνος* consideratio) ex *δάνος*, quod Macedonibus idem fuit quod *θάνατος*, teste Plutarcho De aud. Poet. p. 22. C. fluxisse Latinum *damnum*. Quod fugit Etymologos. Forma, ut videtur, quæ Æolibus innotuit, fuit *δάμνος*, et M literam servarunt Latini, qui tamen in re tali eam usitatus sive in G mutarunt, ut in *agnus* ab *ἀμνὸς*, sive literam sequentem extriverunt, ut in *ramus* ab *ῥαμνος*. Huc pertinet illud Etymologi Magni in *Δανάκης*: *Δαναοὶ γὰρ οἱ νεκροὶ, τουτέστι ξηροὶ.* ubi *δανοὶ* corrigendum est, collatis Hesychio, Suida, Etymologo Gudiano, ipsoque Etymologo Magno, in *Δανά*. Hesychius: *Δαινῶν. κακοποιῶν. κτείνων. Μακεδόνες.* Lege *Δαινῶν*, cum Vossio et Kustero, poscente etiam literarum serie. Idem: *Δαιεῖν. κακουργεῖν.* Lege *Δαιεῖν*, cum Kustero. Quod si quis paulo difficilior me ideo amentia inculpabit, quod in re etymologica Latina ad Macedones confugerim, is jam tandem sciat in lingua Macedonica temporum vel antiquissimorum Græcismos passim scaterere. Exemplo sit vocabulum *έέλδω*, quod pro *έθέλω* dicebant Macedones, quodque cum Homericis *έέλδομαι, έέλδωρ*, ceterisque similis initii vocabulis, protinus conferendum est. Vide Sturzium de Dialecto Macedonica p. 31.

Ibid. l. 7. *χ* confusum cum *α* notat Valckenærius ad Theocr. Adoniaz. p. 290. *λ* autem cum *π* Bastius Comment. Palæogr. p. 729 seq.

Ibid. n. 61. Thucyd. V. 10. *καὶ ὁ μὲν Κλέων, ὡς τοπρῶτον οὐ διενοεῖτο μένειν, εὐθὺς φεύγων, καὶ καταληφθεὶς, ὑπὸ Μυρκινίου πελταστοῦ ἀποθνήσκει.*

Ibid. n. 62. l. 8. Vide Kidd. ad Dawes. p. 300, 1.

Ibid. l. 6. *a fin.* Aristippi cum Diogene disputationem de Laide retulit Athen. XIII. p. 588. E. F.

P. 23. ad v. 1. l. 6. De Hesiodi *Ἠοίαις μεγάλαις*, præter Ruhnkenium

Epist. Crit. I. egerunt ad Eunap. Boissonadius p. 266. et Wytttenbachius p. 133. notante Bergmanno. Vide et Bentl. ad Horat. Sat. I. 3. 7.

Ibid. l. 11. a fin. Ab Eustathio prope abesset: ἢ οἴην Ὑρίη Βοιωτῆ τρέφε κούρην. Sic Hesiod. Theog. 454. Ἰστῆν, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον. Vide omnino Thiersch. Gr. Gr. §. CXLVIII. 2.

P. 25. suo loco insere: V. 1. υἱὸς—Οἰάγροιο, *Æagri filius*. Cf. Phanoclis Fragmenti init. apud Stob. T. 64. 14. ἢ ὡς Οἰάγροιο πάϊς Θρητικός Ὀρφεὺς | ἐκ θυμοῦ Κάλαιν στέρξε Βορηιάδην, κ. τ. λ. ubi nescio annon verum sit ἢ οἶον, pænultima brevi, ut apud Hom. Il. Σ. 105. Od. Υ. 89. cum satis manifestum sit ad Ἠοίων μεγάλων Hesiodearum normam scriptam fuisse elegiam, unde hanc particulam excerpserit Stobæus. Liber, quo pertinebat, Ἐρωτες ἢ Καλοὶ inscriptus est. Apoll. Rhod. IV. 905. citante Ruhnkenio: εἰ μὴ ἄρ' Οἰάγροιο πάϊς Θρητικός Ὀρφεὺς | Βιστονίην ἐνὶ χερσὶν εἰς φόρμιγγα τανύσσας. Incerti Epigramma Anth. Gr. III. p. 389. Brod. Καλλιόπης Ὀρφῆα καὶ Οἰάγροιο θανόντα | ἐκλαυσαν ξανθαὶ μυρία Βιστονίδες. Manil. V. 321. Qua quondam sonitum referens *Æagrius Orpheus*.

Ibid. ad v. 2. Hodie haud scio annon verum fuerit Θρήσση στειλάμενος κιθάρη. h. e. πλεύσας, interpretante Toupio ad Hesych. T. IV. p. 309. Neque aliter Ruhnkenius, nisi quod Θρήσση scriptum voluit, quod Doricum esset. κιθάρη etiam MS. Pal. cum edd. Ald. et Casaub. Sic ἀνετείνετο φῶδῃσιν infra dictum vv. 29, 30. et στείχειν ἐπὶ κόμους λωτῶ vv. 37, 38. στειλάμενος κιθάρη etiam citat Schæfer. ad H. Steph. Thes. Gr. Ling. p. 8680. D. conferens Virgilianum *fretus cithara* Æn. VI. 120.

Ibid. post l. 26. adde: *Ibid.* ἀπειθῆς, cui persuaderi non potest, qui flecti nequit, ideoque intractabilis. Confer Sen. Hipp. 227. Sed posse flecti conjugem iratum puta: | quis hujus animum flectet intractabilem?

Ibid. l. 7. a fin. Burnsius nostras, *To a Mouse* 29. Till crash! the cruel coultter past | out through thy cell. διέκ.

Ibid. l. ult. Notat Schol. Ven. ad Hom. Il. Σ. 576. παρὰ ῥαδαλὸν δονακῆα Aristophanis Grammatici lectionem esse; ubi vulgo ῥοδανὸν legitur. Exponit Scholiasta: ῥαδαλὸν δὲ ἀκουστέον τὸν εὐκράδαντον δι' ὕψος.

P. 26. ad v. 8. De Orpheo consulendus est Ruhnken. Epist. Crit. II. p. 228 seq.

P. 27. l. 2. Virg. Æn. VI. 417. *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci | personat, adverso recubans immanis in antro.*—*Ille fame rabida tria guttura pandens* &c. Adde Georg. IV. 483.

Ibid. ad v. 15. Archias Anth. Gr. III. p. 381. Brod. οὐ σε, φίλη πέρδιξ, φθιμένην ἀγέραστον εἶσω.

Ibid. l. ult. Eurip. Herc. F. 675. οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας | Μούσαις συγκαταμυγνὺς | ἀδίσταν συζυγίαν.

P. 28. ad v. 17. l. 1. Vide Porson. ad Toup. Emend. in Suid. p. 462. et ad Aristoph. Pac. 1302.

P. 29. l. 2. in fine adde: Ceterum locutionem Ἐλευσίνος παρὰ πέζαν vel amplius illustrabit locus Clem. Alex. Protrept. p. 13. Ἴμμαρος δὲ ὁ Εὐμόλπου, καὶ Δαιίρας, οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ Ἐλευσινίου, τοῦ ὑπὸ τῆ ἀκροπόλει; Vertit Arnob. VI. *Dairas et Immarnachus* (sic) *fratres pessimi in Eleusinis consepito, quod civitati subjectum est.* ubi pro *pessimi*, legendum videtur *positi*, et *Eleusinii*, subintellecto *templi*, reponendum cum Meursio.

Ibid. ad v. 18. circa med. De μ et β confusis vide etiam Porson. ad Eurip. Phœn. 1050, 1. ubi βέλος pro μέλος Eustathius, (cf. Etymol. Mag. in Ἰήιε) itemque Advers. p. 105. Albert. ad Hesych. T. II. p. 1. Poll. IV. 9. p. 211. ubi, pro Κάβωνος, olim Κάμωνος legebatur.

Ibid. l. 10. a fine: Photius p. 383. Παρασαβάζειν: παραμαίνεσθαι. ἀπὸ τοῦ σαβοῦ· τοὺς γὰρ παρὰ τῷ Σαβαζίῳ (sic, pro τῷ Σαβαζίῳ, operarum menda, ut videtur) βακχεύοντας καλοῦσι σαβούς· καὶ τὸ βακχεύειν σαβάζειν. Eustath. ad Dionys. Perieg. 1069. ἦσαν δὲ καὶ ἔθνος Θρακικὸν Σάβοι, ὅπερ τοὺς Βάκχους δηλοῖ Φρυγία διαλέκτῳ· ἐξ οὗ καὶ ὁ Διόνυσος ἔοικε Σαβάζιος λέγεσθαι, διότι καὶ Βάκχος ὁ αὐτός.

P. 30. l. 15. De Celeo vide Virg. Georg. I. 165.

Ibid. l. 8. a fin. Photii locus est: ὁ γ' οὖν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λυδηῖ Γεναῖ Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας ὀργειώνας. ubi Toupius Emend. in Hesych. T. IV. p. 204. (ceteris neglectis) Καβάρνους θῆκεν μὲν ἀγακλέας Ὀργειῶνες. Voluit, ut videtur, ἀγακλέας Ὀργειῶνας. Blomfieldius omnino Diatr. de Antimacho p. 232. ὁ γοῦν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ ἐλεγείᾳ· Καβάρνους (vel Καρβάνους) μὲν ἔθηκεν ἀγακλέας ὀργειῶνας. Equidem, collato Friedmanno de Med. Syll. Pent. Gr. p. 344. totum locum sic legendum puto: ὁ γοῦν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ γ'· Ἐνθα Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας ὀργειῶνας. Et voces ἐν τῇ Λύδῃ γ' vertendæ sunt: in *Lydæ libro tertio*. Sic Anton. Liber. 39. ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Λεοντίῳ β'. in *Leontii libro secundo*.

P. 32. l. 12. Accedit Photii auctoritas: Πλεύμων: διὰ τοῦ λ· καὶ Ὀμηρος·—πάγη δ' ἐν πλεύμονι χαλκός.

Ibid. l. 13. Cf. quæ nos in Addendis ad Anal. Gr. Min. Dalzel. p. 170.

Ibid. l. 4. a fin. Similem corruptelam exhibet nomen vici Londinensis, qui *Nightingale Lane* dicitur, corrupto nomine ex Anglo-Saxonico *Cnihtena-gild land*.

P. 33. l. 21. Confert G. G. Humphry Buttmann. Lexilog. Anglicæ versionis p. 482.

P. 34. l. 6. Suspicio Eustathium scripsisse: καὶ κατὰ τὸ, ἀγάζω ἀγαστός, καὶ ἀπελεύσει τοῦ σίγμα, ἀγατός, καὶ τροπή κ. τ. λ. Cf. Theocr. Id. I. 125. αἰπύ τε σᾶμα | τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγατόν.

P. 36. l. 13. Formam tamen recentiore Sophocli tribuit Anti-Att. Bekker. p. 87. Γνωστός: ἀντὶ τοῦ γνώριμος. Σοφοκλῆς Ἑρμιόνη. Adde Gloss. in Œd. R. 360. apud Fæhsium in Sylloga Lectt. Gr. p. 203. Γνωστόν. νοούμενον.

Ibid. l. 17. Imitati sunt Latini. Cic. Off. I. 5. *Animi excelsi atque invicti magnitudo ac robur.* Angl. *invincible.* Sallust. B. Jug. 76. *Sed rex nihil jam Metello infectum credens.* Angl. *impracticable.* Tacit. Agr. 18. *Nihil arduum aut invictum.* Angl. *insuperable.* Plin. VIII. 25. *Crocodilus contra omnes ictus cute invicta.* Angl. *impenetrable, invulnerable.* Horat. Sat. I. 6. 5. *Naso suspendis adunco ignotos.* h. e. ignobiles. Sic et 24. *Sed fulgente trahit constrictos gloria curru non minus ignotos generosis.* Contra *dissociabilis*, pro dissociatus, idem usurpavit Od. I. 3. 21. et *illacrymabilis*, pro illacrymatus, Od. IV. 9. 26. Activa significatione Virg. Georg. I. 93. *penetrabile frigus*, et Æn. X. 481. *penetrabile telum*, Angl. *piercing*, et Ovid. Metam. XIII. 857. *penetrabile fulmen.* Angl. *subtle.*

P. 38. l. 7. Burgesio parum satisfacit hæc mea emendatio, qui notat: "Vix dici potest ποιεῖν φωνήν. Sic et Angli *to make a noise*, at non iidem *to make a voice.*" Cf. Suid. in Φωνήν. Quæ si vera sint, nihil promovebo citando ποιεῖν κραυγήν, quod dixit Xenoph. Cyrop. III. 1. 2. Anab. II. 2. 17. et alibi. Namque nihil moror Etymologi Magni locum, quem tantum cito, ut emendem: Κύμβαλον, παρὰ τὸ κύπελον, κύπαλον καὶ κύμβαλον ἢ παρὰ τὸ πεποιημένην φωνήν ἔχειν· κύμβαλον γὰρ ἐκ πεποιημένης φωνῆς εἰληπται· αἱ δὲ πεποιημένοι φωναὶ αὗται, κυμ, καρ, κεν, ρε, κρι, κε, τρι, χθα. Quas vuculas de sonorum imitatione satis infeliciter intellexit Sylburgius. Cum vero ultima sic se habeant in Etymologico Gudiano, κῦμα, κάρκεροι, κρύκαι καὶ τὸ τριχθά, ad pellenda monosyllaba ista, Thumbianis *fe, fi, fo, fum*, plane ineptiora, via jam tandem aperitur. Lege omnino: κῦμα, κάρκαιρε, κρίκε, τριχθά. Nempe πεποιημένοι φωναὶ, quas vocat Etymologus, sunt voces factitiæ, e soni proprietate confictæ, qualis est κλαγγή vox, de qua sic idem Etymologus: ἀπὸ γὰρ τῆς τοῦ ἤχου ιδιότητος οἱ σοφώτατοι τῶν ποιητῶν τὰ τοιοῦτότροπα τῶν ὀνομάτων σχηματίζουσι. Ejusdem generis est vocabulum ροῖζος, de quo sic Etymol. Mag. Ῥοῖζος, πεποιημένη φωνή. Quod ad κῦμα attinet, respexisse videtur Etymologus derivationem sive suam, sive antiquioris cujusdam Grammatici, Κῦμα—παρὰ τὸ κυκῶ συζυγίας δευτέρας τῶν περισπωμένων· καὶ ἡ χρῆσις, (Hom. II. Φ. 240.) Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλλῆα κυκωμένον ἴστατο κῦμα. Eustath. ad II. Φ. I. c. p. 1320. 25. Bas. τὸ δὲ κυκῶσθαι, καιρία ἐστὶ λέξις. διὸ καὶ πολλακίς ἐνταῦθα ὁ ποιητῆς αὐτῇ χρᾶται. παράγεται δὲ ἀπ' αὐτῆς τὸ κῦμα, ὡς ἐν τῷ Κυκώμενον ἴστατο κῦμα ἐμφαίνει ὁ ποιητῆς, ἐγγὺς τοῦ κυκῶσθαι τὸ κῦμα θέμενος τρόπῳ ἐτυμολογικῷ. Et p. 1321. 31. τὸ γὰρ κῦμα, ἐπεὶ

(ὡς ἐρρέθη) ἐκ τοῦ κυκᾶν λέγεται, τινός ἐστι κῦμα ἡγουν κύκημα. Vide et ad Il. II. 752. p. 1112. 17. Nisi forte in utroque Etymologo κύμβαχος reponendum est, de qua voce sic Eustath. ad Il. E. 586. p. 444. 21. ὁ δὲ γε κύμβαχος, ἢ ἔχει τι ὀνοματοποιίας διὰ τὸν δοκοῦντα ἐγκεῖσθαι αὐτῷ ἦχον, ἢ ἐκ παραγωγῆς ἔχει τὸ χ'. Idem ad Il. O. 536. p. 1036. 39. κύμβαχον, τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς διάκενον τῆς περικεφαλαίας, εἰς ὃ καθιέται ὁ λόφος. εἴρηται δὲ, παρὰ τὸν ἦχον τῆς κύμβης, ὃ ἐστὶ τῆς κεφαλῆς. Confer Schol. ad Nicandri Ther. 484. ubi κυμάτων et κυμβάλων confusa sunt. In κάρκαιρε allusio facta est ad Il. Y. 157. κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν | ὀρνυμένων ἄμυδις. Quem locum citat ipse Etymologus in Σκαρδαμύσσειν. Schol. ad l. Κάρκαιρε. ἐκινεῖτο, ἦχει. ὀνοματοποιία ὁ τρόπος. Onomatopoeicum esse ait, e sono factum. (Cf. Schweighæuser. ad Athen. I. p. 30. F. Similiter Eustath. ad Od. E. 402. p. 230. 25. τὸ δὲ ῥοχθεῖν, ὀνοματοπεποιήται, καθὰ καὶ τὸ ξερὸν, καὶ τὸ ἐρενγόμενον, καὶ τὸ παλιρρόθιον, καὶ τὸ βέβρυχε, καὶ ὁ δοῦπος. Id. ad Od. M. 60. p. 474. 8. τὸ μὲν ῥοχθεῖν, ὡς τραχὺν ἦχον δηλοῖ κατ' ὀνοματοποιίαν. Id. ibid. 104, 5. p. 480. 52. τὸ ῥοφεῖν εἴτ' οὖν ἀναρροφεῖν κατὰ ὀνοματοποιίαν, ὁποῖαν τινα ἔχει καὶ τὸ ῥοχθεῖν. Etymol. Mag. Φλοῖσβος, τάραχος. ὀνοματοπεποιήται δὲ ἡ λέξις.) Eustath. ad l. p. 1275. 15. Κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν, ὃ ἐστὶ ποιὸν ἦχον ἀπετέλει Ὀρνυμένων ἄμυδις. Ad κρίκε, conferendus est Hom. Il. II. 470. Schol. ad l. Κρίκε. ἐψόφηκεν, ἦχῃσε, ποιὸν ἦχον ἀπέτελεσε. Eustath. ad l. p. 1093. 35. τὸ δὲ Κρίκε ζυγὸν ἀντὶ τοῦ ἔτριξε κατὰ ὀνοματοποιίαν. Vide et Schol. Ven. ad Homeri l. Etymoll. Mag. et Gud. in Κρίκε. Quod autem dedi τριχθά, est Il. Γ. 363. ad quem locum sic notat Eustathius p. 321. 52. ἐν τῷ Ἄμφι δ' ἄρ' αὐτῷ (ξίφος) Τριχθά τε καὶ τετραχθά διατρυφὲν ἔκπεσε χειρὸς, εἴποις ἂν, σιδήρου θραυομένου ἀκούειν. τοιοῦτον γάρ τινα ἦχον ἢ τῶν λέξεων ὑπηγεῖ τραχύτης. ἐπίτηδες οὕτω φράζοντος τοῦ ποιητοῦ ὀνοματοποιίας τρόπῳ. Idem ad Od. I. 71. p. 336. 27. τὸ δὲ τριχθά καὶ τετραχθά, καθὰ καὶ ἐν Ἰλιάδι, τραχυφωνίαν ἦχον ῥήξεως δηλοῖ. Atque hoc illud est, mi lector, quod nos Anglice dicimus *to wed the sound to the sense*; quale genus nuptiarum Popio nostrati, prout tute scis, inprimis cordi fuit. Sed vereor ne Eustathio occinendum sit Terentianum illud, *Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ*. Quod enim addidit ad Il. Γ. l. c. τὸ δὲ τριχθά καὶ τετραχθά, ἐκ τοῦ τρίχα καὶ τοῦ τέτραχα γίνεται, πλεονασμῷ τοῦ θ διὰ τραχυφωνίαν πλείονα, id plane φαντασιόπληκτος asseveravit, cum nullus hic omnino sit pleonasmus, ideoque neque de industria petita τραχυφωνία. Etenim τριχθά et τετραχθά, perinde atque διχθά, mera adverbia sunt epica, vel potius antiqua, pro quibus τρίχα, τέτραχα, δίχα, recentius dictum est, quæque Doricæ originis fuisse tradit parum sibi constans Archiepiscopus ad Od. A. 23. p. 12. 17. ἐστὶ δὲ τὸ μὲν διχθά, καθὰ καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὸ τριχθά καὶ τετραχθά, Δωρικόν·

Δωριέων γὰρ, ἢ τοῦ θῆτα ἐν τούτοις ἐπένθεσις. ὡς καὶ ἐν τῷ πονῶ πονήσω πεπόνηκα πέπονα καὶ πλεονασμῶ πέπονθα, πρὸς τινα ὁμοιότητα τοῦ πέποιθα. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ μαλακὸς μαλθακὸς, καὶ χαμαλὴ χθαμαλή. Ut vero ad Hesychium redeam, si exempla desint, quibus firmetur locutio ποιεῖν φωνήν, legas omnino per me licet: Κλαυσιᾶν. ποιὰν φωνήν ἀποτελεῖν. Eustath. ad Il. P. 56. τονθολυγούντες ἤγουν ποιὸν ἦχον ἀποτελοῦντες. Etymol. Mag. in Ῥοῖζος: καὶ ροίζησεν, Ἰλιάδος κ', (502.) ἀντὶ τοῦ ποιὸν ἦχον ἀπετέλεσε, τούτέστι συριγμόν. πεποιημένη δὲ ἡ λέξις. Confer et Eustathii et Scholiastæ ad Homerum loca duo supra allata.

Facile exciderit illud ἀποτελεῖν, ^{π λ} α τ ε compendiose scriptum, nec a librario intellectum. Vide Bast. Comment. Palæogr. p. 794. et 845.

Ibid. post l. 34. *insere*: *Ibid.* “ἀποπρολείπω (vel etiam ἀποπρὸ λείπω) *relinquo longe*.” H. ΣΤΕΡΗ. Similia sunt ἀποπροάγω, ἀποπροβαίνω, ἀποπροβάλλω, ἀποπροθέω, ἀποπρονοσφίζω, &c. Vide infra v. 44.

Ibid. ad v. 22. De Hesiodo, ejusque Fragmentis, egit Ruhnken. Epist. Crit. I. p. 80. et p. 104—116.

Ibid. post l. 6. *a fine insere*: *Ibid.* ἱστορίας, scientiæ, doctrinæ. Proprie autem est ἱστορία sciscitatio, inquisitio, exploratio, Angl. *search, research, enquiry*; tum, metonymice, ut in hoc loco, *id quod sciscitando, vel inquirendo, cognitum est*, Angl. *information, knowledge, learning*. Namque usus hujus vocabuli, apud sequioris maxime ævi scriptores pervulgati, quo referendum est Latinum *historia*, unde nostrum *history*, ab hoc loco plane alienus est. Vide omnino Schweighæuseri Lex. Herod. in Ἱστορίη. Hesychius: Ἱστορία. μαρτυρία, καὶ τὰ ὅμοια. Est autem ab ἴστωρ, quod ab ἴσημι, unde etiam ἴδμων et ἴδρις ejusdem significationis. Hesychius: Ἰστωρ. συνετός, σοφός, ἔμπειρος. μάρτυρος. οἰκοφύλαξ. ubi legendum, cum Salmasio et Vossio, μάρτυρ, συνθηκοφύλαξ. Idem: Ἰστορας. (sic recte Ald. quod in Ἰστορας mutavit Albert.) ἐμπείρους, μάρτυρας. συνετούς. συνθηκοφύλακας. ἔρωτας. ubi ἐρωτώντας Heinsius, vel, quod prætulerim, ὀρώντας, Angl. *seeing, observing*, collato Horatiano illo, *Qui mores hominum multorum vidit et urbes*. Sic idem: Ἱστορεῖ. μαρτυρεῖ. μυθεύει. ἐρωτᾷ. ἐρᾷ. πύθεται, ἀνακρίνει. ὀρᾷ. ubi delendum videtur istud ἐρᾷ sive ex ἐρωτᾷ, sive ex ὀρᾷ, corruptum. Photius, a Suida exscriptus: Ἱστορηῖσαι. θεάσασθαι. Suidas: Ἱστορία. ἡ θεά. Cf. Schweighæuseri Lex. Herod. in Θεωρίη. Jure igitur πάσης ἡρανος ἱστορίας audierit Hesiodus, doctrinæ sane, si quis alius poeta antiquus, varix ac multiplicis, id quod vel ex reliquiis ejus, quæ plenæ sunt rerum aliunde petitarum, satis liquet. Jure illa, quæ de divinis, divumque parentibus*, vel de agri cultura ac satione, unde unde, etiam ex intimis sacerdotum latebris†, collecta, cecinerit Hesiodus, ἱστορίας nomine

* Manil. II. 11.

† Vide Procli Prolegom. init. p. 3. Gaisford.

appellari poterant. Etiam geometriam a Pythagora sic nuncupatam fuisse, testatur Iamblichus Vit. Pythag. 18. Notent autem tirones, ex Latina voce fluxisse alteram *storia*, sequioris ævi, quæ et hodie in ore est Italis, et exinde nostrum *story*, quod olim de vera historia unice usurpatum est, non de narratione fabulosa, prout hodie usurpatur. Sic Milton. *Comus* 513. *I'll tell ye; 'tis not vain or fabulous, | (though so esteem'd by shallow ignorance) | what the sage poets, taught by th' heav'nly Muse, | Story'd of old in high immortal verse, | of dire chimeras and enchanted isles, | and rifted rocks, whose entrance leads to Hell; | for such there be, but unbelief is blind.* Sed et Latinum *historia* de narratione fabulosa aliquoties, etiam apud probæ notæ scriptores, usurpatum est. Loca quædam suppeditabunt Facciolatus et Forcellinus in Lexico. Cum *storia*, cadentis Latinitatis, conferenda sunt *striculus*, *Spanus*, *stera*, *stericus*, ejusdem farinae, pro *hystriculus*, *Hispanus*, *hystera*, *hystericus*.

P. 39. ad v. 25. De voce ἀναγραφὴ vide omnino doctissimum Dodwellum *De Dicæarcho ejusque Fragmentis* p. 20. seq.

Ibid. ad v. 29. l. 3. Respexit Lexicographus Thucyd. I. 2. notante G. G. Humphry.

P. 40. l. 3. In Hom. II. Σ. 595. λεπτὰς δόνας per διαφανεῖς ἐσθῆτας, λαμπράς, exponit Scholiasta.

P. 41. l. 7. Hoc Idyllium Theocrito jure abjudicat Burgesius. Alcæi potius videtur esse. Cf. Gaisford. ad Id. XXIX. init.

P. 45. l. 13. adde: Cf. Eustath. ad Od. I. 92. p. 339. 36. Bas.

Ibid. ad v. 37. l. 9. a fin. Cf. vocabulum *μεστοκάλαμος*, quod *arundo plena et solida* exponitur.

P. 46. l. 20. Athen. XIV. p. 621. C. ἀνδρα μεθύνοντα καὶ ἐπὶ κῶμον παραγεγόμενον πρὸς τὴν ἐρωμένην. ubi male Tourpius ἐπὶ κῶμον Emend. in Hesych. T. IV. p. 309. Theogn. 934. καὶ γὰρ τὴν προτέρην νύκτ' ἐπὶ κῶμον ἔβην. Simile est illud Eurip. Cycl. 423. καὶ δὴ πρὸς ῥῶδὰς εἶρπ'.

P. 47. suo loco insere: V. 42. ἐπέβη, adiit, advenit. Hom. II. Ξ. 226. Πιερὶν δ' ἐπιβάσα καὶ Ἡμαθίην ἐρατεινήν. ubi citat Schol. Ven. Od. E. 50. Πιερὶν δ' ἐπιβάς ἐξ αἰθέρος ἔμπεσε πόντῳ. Eustath. ad l. p. 969. ult. Bas. τὸ δὲ Πιερὶν ἐπιβάσα, ἢ ἀναστροφὴν ἔχει, ἵνα ἡ, ἐπὶ Πιερίαν βᾶσα, ἢ ἀρχαϊκῶς αἰτιατικῇ συντάκται. Idem ad Odysseæ l. p. 206. 10. Σημείωσαι δὲ τὸ ἐπιβάς αἰτιατικῇ συνταχθὲν, ἕτερον ὄν παρὰ τὸ, ἐπιβάς ἵππου ἢ ἄρματος. Herod. VII. 50. τῶν ἂν κου ἐπιβέωμεν γῆν καὶ ἔθνος, τούτων τὸν σῖτον ἔχομεν. Soph. Aj. 143. σὲ τὸν ἵππομανῆ | λειμῶν' ἐπιβάντ', ὀλέσαι κ. τ. λ.

Ibid. suo loco insere: V. 43. θέτο, posuit. Soph. Œd. Col. 1409. μή μ' ἀτιμάσητέ γε, | ἀλλ' ἐν τάφοισι θέσθε κὰν κτερίσμασι. Sic et Latini. Virg. Æn. VI. 507. *Te, amice, nequivi | conspicerere, et patria decedens ponere terra.* Ovid. Trist. V. 480. *Qua positus justa feruntur avis.* Virg.

Æn. VI. 653. *Quæ gratia currum | armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes | pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.* Horat. Sat. I. 9. 27. *Haud mihi quisquam : | omnes composui.*

P. 49. l. 5. Sic et Ἰακχος audiebat canticum Bacchicum, teste Herod. VIII. 65. Cf. Eurip. Elect. 143. Cycl. 69.

P. 51. l. 7. Possis etiam : ὦ Δίνε, πᾶσι θεοῖσι τετιμένη, σοὶ γὰρ ἔδωκαν | ἀθάνατοι πρῶτον μέλος ἀνθρώποισιν ἀεΐδειν | φωνῆσι λιγυρῆσι κῶτον δέ σε Φοῖβος ἀναιρεῖ | ἐν ποδὶ δεξιτέρῳ κ. τ. λ. Quam locum emendandi rationem etiam Burgesio proposueram, qui eam aliquatenus probavit, sed et alia adhuc medicina locum egere censuit. Vide Epist. Crit. Postscript. p. 76. 81.

Ibid. l. 21. Ἀχαῖοι apud Homerum scribi jubet Thiersch. Gr. Gr. §. CLX. 3. Sed Ἀχαῖοι unice verum esse patet ex Eustath. ad Il. A. 22. p. 21. 50. Bas. Vide Gregor. p. 596. ibique Kœnium et Bastium.

P. 52. suo loco insere : V. 45. λόγων δ' ἐνεπλήσατο βίβλους, et sermonibus implevit libros. Sic Juvenal. Sat. I. 63. *Nonne libet medio ceras implere capaces | quadrivio ?*

Ibid. suo loco insere : V. 48. πόθος (a πάθω obs. ut volunt, unde ἔπαθον 2. aor. verbi πάσχω) proprie est *molestia*, sive *dolor*, qui sentitur in *carrentia rei optatae*, *desiderium*, Angl. *a longing for or after any thing*. Hom. Od. ε. 144. ἀλλὰ Ὀδυσσῆος πόθος αἰνυται οἰχομένοιο. Hesiod. Scut. Herc. 39. οὐδ' ὄγ' ἐπὶ δμῶας καὶ ποιμένας ἀγροιώτας | ὦρτ' ἰέναι, πρὶν γ' ἧς ἀλόχου ἐπιβήμεναι εὐνήσ' | τοῖος γὰρ κραδίην πόθος αἰνυτο ποιμένα λαῶν. Terent. Hec. I. 2. 13. *Epul te desiderium Athenarum arbitror, | Philotium, cepisse.* Et hic reddi potest *cupido*, *amor*, ut Σαπφοῦς πόθος idem fere valeat, quod *μανίη* Θεανούσ infra v. 85. Inter ποθεῖν et ἐρᾶν paulo argutius distinguit Eustath. ad Od. A. 202. p. 427. 26. Bas. ποθεῖν μὲν γὰρ, ἐπὶ τῶν ἀπόντων ἐρᾶν δὲ, ἐπὶ τῶν ἐν ὄψει. Quanquam plerumque servari hanc distinctionem non inficias iverim. Aristoph. Eccles. 954. πάνν γὰρ τις ἔρωσ με δονεῖ | τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων. | ἄτοπος δ' ἐγκεῖται μοί τις πόθος, | ὅς με διακναίσας ἔχει. ubi notandum, præsto fuisse adolescentem, quem perditæ amabat anicula, de quo supra dixerat ἀλλ' οὐτοσὶ γὰρ αὐτὸς, οὗ μεμνήμεθα. Id. Ran. 53, 56. πόθος γυναικός. Et protinus addit : τοιοῦτος ἡμερός με διαλυμαίνεσαι. Cf. et infra v. 95. Horat. Epod. ult. extr. *Desiderique temperare pocula*, h. e. pocula amatoria, φίλτρα, Angl. *love-potions*, *philters*. Hesychius : Πόθος. ἔρωσ, ζήτησις. ἐπιπόθησις. At infra v. 73. πόθος valet Angl. *regret for the loss of any thing*, quo sensu etiam Latinum *desiderium* usurpavit Horat. Od. I. 24. 1. *Quis desiderio sit pudor aut modus | tam cari capitis ?* Quæ tamen significatio ad primitivam notionem tantum non accedit.

P. 53. ad v. 50. Eugenēs Anth. Gr. IV. p. 507. Brod. τὸν τοῖς μελι-

χροῖς ἡμέροισι σύντροφον | Λναῖος Ἀνακρέοντα, Τήϊον κύκνον, | ἔσφηλας
ύγρη νέκταρος μεληδόνι. Incerti Epigr. ibid. Τήϊον ἀμφοτέρων με βλέ-
πεις ἀκόρεστον ἐρώτων | πρέσβυν, ἴσον κούροις, ἴσον ἀδόντα κόραις.

Ibid. ad v. 50. l. 2. Pseudo-Sapphonis Fragmentum sic vertit Fawkes-
ius: *Ye Muses, ever fair and young, | high-seated on the golden throne! |*
Anacreon sent to me a song | in sweetest numbers, not his own; | for, by
your sacred raptures fir'd, | the poet warbled what the Muse inspir'd.

P. 55. l. 11. Δεκτὸν, cum gravi accentu, Homerus, Strabo, et Ptole-
mæus. Vide Cellar. Geogr. Ant. III. 3. 57.

Ibid. ad v. 57. l. 3. lege: teste Suida, et Eustath. ad Od. Α. 298. p.
438. 6. Bas.

Ibid. ad v. 57. Cf. Aristoph. Av. 748. ἔνθεν, ὡσπερ ἡ μέλιττα, | Φρύ-
κιχος ἀμβροσίων | μελέων ἀπεβόσκετο καρπὸν, ἀεὶ | φέρων γλυκεῖαν ψῆδάν.

P. 56. ad v. 59. l. pænult. Virg. Georg. II. 419. *Et jam maturis metu-*
endus Jupiter uvis. h. e. æther, aer. Cf. et IV. 220—227.

P. 57. l. 9. De ἐκείνος, δεικτικῶς dicto, vide Heynium ad Hom. Π. E.
604.

Ibid. insere: V. 65. Μακεδονίης. Tum Μακεδῶν, tum Μακεδῶν, Græ-
cos dixisse notat Eustath. ad Dionys. Perieg. 254. 427. Æsch. Pers. 498.
Μαγνητικὴν δὲ γαῖαν, ἣδὲ Μακεδόνων. Callim. H. in Del. 167. ἴξεται οὐκ
ἀέκουσα Μακεδόνι κοιρανέεσθαι. Vide Maltbyum in Μακεδόνιος, Gais-
ford. ad Hesiodi Fragm. LXXXVIII. ubi vulgo legitur Μακεδόνα, metro
respuente, sed Μακεδόνα correxit Gaisfordius in Indice. Eadem quan-
titatis ratio est apud Latinos. Plaut. Mil. I. 1. 44. *Triginta Sardi, sex-*
aginta Macedones. Horat. Od. III. 16. 13. *Diffidit urbium | portas vir*
Macedo. Ovid. Metam. XII. 466. *Qui clypeo, gladioque, Macēdoniaque*
sarissa, &c. Arator in Acta Apost. II. 313. *Vir quippe Macēdo | in som-*
nis hæc visus ait.

P. 58. l. 14. Cf. Milton. *Sonnets IX. init. Lady, that in the prime of*
earliest youth | wisely hast shun'd the broad way and the green.

P. 59. l. 12. fn. adde: De λαύρα vocabulo vide Sturzium de Dialecto
Macedonica et Alexandrina p. 78.

Ibid. ad v. 67. l. 9. Istud Ἰσόκεν defendere videtur ΙΛΚΥΣΙΝ, h. e.
εἴλκυσεν, quod in Inscriptione legitur e rudibus urbis Teni effossa,
hodieque penes Coll. Trin. Cant. quodque sanum censet Kiddius ad
Dawes. p. 339. Quanquam crediderim ex duplici errore natum esse
illiterati lapidæ. Cave autem ne ex dictatione, minus accurate per-
cepta, ortam putes glossam Hesychianam, Ἡθε, (sic Ald.) ὄφελον, ubi
Εἶθε, vel Αἶθε, conjecit Kusterus. Nam, cum Ἡθε, [μακάρι,] ὄφελον,
scriptum reperiatur in codice Marciano, legendum omnino: Ἡθεῖ. ὦ
μακάριε, ὦ φίλε. Respexit Lexicographus Hom. Π. Z. 518. Quæ glossa,
præ interpolatorum inconstantia et temeritate, etiam sub Εἶθε reperitur,

ad hunc modum scripta apud Schowium p. 239. Εἶθε, ὄφελον, [μακάρι] In illo tamen Hesychii, Φαλικρόν. ἄκρατον, vide annon, cum Palmerio, χαλικρόν corrigendum sit, vocabulo, ob scribæ nescio cujus pravam scripturam, de suo loco moto. Quamvis erunt fortasse, qui Φαλερίνος. ἄκρατος, scribendum esse autument, respectu habito ad vini Falerni vim, quæ tanta fuisse dicitur, ut solum vinorum flammam accenderet, teste Plinio XIV. 6. Vide Athen. I. p. 26. C. et 33. A. Sed alterum magis placet.

P. 60. suo loco insere: V. 69. Κυθήρηθεν, e Cytheris. Athen. VIII. p. 341. A. Περὶ δὲ Φιλοξένου τοῦ Κυθηρίου διθυραμβοποιῶ Μάχων ὁ κωμωδοποιὸς τάδε γράφει. Vide et Suidam in Φιλόξενος. Eustath. ad II. O. 431. p. 1031. 12. Bas. Κύθηρα δὲ ἐν οὐδετέρῳ γένει, νῆσος πρὸς τῇ Κρήτῃ, ὡς φησιν ὁ γράψας τὰ Ἐθνικά. ἢ ποτὲ καὶ Πορφυρούσα, (lege Πορφυρούσσα) ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐγράφη, διὰ τὸ καλλίστας φέρειν πορφύρας. ἐκ ταύτης, ἧς ἡ κλῆσις εἰ καὶ κατὰ παραφθοράν, ὅμως μέντοι ἕως καὶ ἄρτι φυλάττεται, καὶ ἡ Ἀφροδίτη Κυθήρεια κατὰ τὸν Ἡσιόδου μῦθον (Theog. 198.) λέγεται. διὸ καὶ ζῆθεα Κύθηρα ἔφη ὁ ποιητῆς (II. I. c. 432.) διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς μυθευομένην τῆς Κυθερείας ἔκφανσιν. Idem ad Dionys. Perieg. 499. τὰ Κύθηρα δὲ νῆσός ἐστι πρὸς τῇ Κρήτῃ, φυλάττουσα καὶ εἰσάρτι τὴν κλῆσιν· δοκοῦσα αἰτία εἶναι τοῦ τὴν Ἀφροδίτην καλεῖσθαι Κυθήρειαν, κατὰ τὸν Ἡσιόδου μῦθον, λέγοντος Κυθήρειαν τὴν Ἀφροδίτην λέγεσθαι, διότι προσεπέλασε Κυθήροις. ἐκαλεῖτο δὲ, φασί, καὶ Πορφυρούσα (scribe cum duplici σ) ποτε, διὰ τὸ καλλίστας ἔχειν πορφύρας. ὠνόμασται δὲ, φασιν, ἀπὸ Κυθήρου τοῦ Φοίνικος. Et notandum, Eustathium, respectu habito ad vocis Κυθήρεια derivationem Hesiodicam, (in qua plane hæret) Κύθηρα accuratius, quam Κύθηρα, scribi potuisse innuere videri nomen insulæ: quæ tamen forma nusquam comparet. Notandum etiam est, vocabulum Κυθήρεια in Iliade ne semel quidem occurrere, et bis tantum in Odyssea, (Θ. 288. Σ. 192.) quod tamen in Homeri spuris quinquies ad minimum reperitur. Neque ejus meminit, de templo Veneris Cytheriæ loquens, Herod. I. 105. Nec profecto mirum est, Grammaticis antiquis displicuisse derivationem Hesiodicam, quæ analogiæ prorsus repugnat. Hesychius: Κυθήρεια. ἡ Ἀφροδίτη. καθ' Ὅμηρον μὲν, οὐχ ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις, (Hesiod. Theog. 198.) ἀλλ' ὅτι κευθόμενον ἔχει ἐν ἑαυτῇ τὸν πάσης ἐρωτικῆς φιλίας ἐξηρημένον (τὸν inserit MS. Schow.) κεστὸν ἰμάντα, ἡγουν τὸν ποικίλον. ἢ ὅτι οἱ ἐρῶντες ἐν αὐτοῖς (lege αὐτοῖς) κρύπτουσι τὸ ἐρωτικὸν πάθος. Photius: Κυθήρεια: οὐχ ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις, ὡς Ἡσίοδος φησίν· ἀλλ' ἡ ἐν αὐτῇ (lege αὐτῇ) κευθόμενον ἔχουσα τὸν ἔρωτα, ὃν πᾶσιν ἐφίησιν· διὰ γὰρ τοῦ κεστοῦ ἔχει τὴν δύναμιν. Quæ verba excrispsit Suidas. Etymol. Mag. in Κύπρις: Κυθήρεια δὲ καθ' Ὅμηρον οὐχ ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις. οἶδε μὲν (lege οἱ μὲν γὰρ) τὰ Κύθηρα· οὐκ ἀπὸ τούτου δὲ εἶρηται, ἀλλ' ἡ κευθόμενον

ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ τὸν πᾶσι (lege πάσης) τῆς ἐρωτικῆς φιλίας ἐξηρημένον ἱμάντα, οἷον τὸν ἔρωτα, ὃν πᾶσι τοῖς νέοις ἐφίησι. διὰ γὰρ τοῦ κεστοῦ ταῦτα παρέπεται. "Ἐνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἴμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς, Πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονέοντα. (Π. Ξ. 216.) Vide et in Κυθέρεια. Etymol. Gud. Κυθέρεια, ἢ Ἀφροδίτη, ἢ κεύθουσα τοὺς ἔρωτας, ἢ ἀπὸ τοῦ τόπου, διότι προσέκυρσε Κυθήρας· ἢ ἀπὸ τοῦ χέειν τοὺς ἔρωτας· ἢ δὲ κοινῇ ἔννοια, ἥς ἔθει ἀποκεκρύφθαι τὸ ὄνομα ἀκούει. ἐπεὶ μυστηριώδης ἢ γένεσις αὐτῆς· τινὲς δὲ καὶ τὴν Κύθηραν ἀπ' αὐτῆς, ὅτι γεννηθεῖσα ἐκεῖ ἐκρύφθη· τὴν δὲ Κυθέρειαν νοοῦσι τινὲς ὡς κρυψίποθον ἔνων· διὸ καὶ σκοτίας Ἀφροδίτης ἱερὸν εἶναι ἐν Φαιστῶ· ἐν δὲ καύδῳ καὶ καλιψοῦν ἔστιν Ἀφροδίτης ἱερὸν. ubi legendum videtur: Κυθήροις· ἢ ἀπὸ τοῦ χέειν τοὺς ἔρωτας (ἢ δὲ κοινῇ ἔννοια, ἥς ἔδει ἀποκεκρύφθαι τὸ ὄνομα) ἀκούει.—κρυψίποθον (κρυψίποσθον Etymol. Mag. ed. pr. in Κυθέρεια) οὖσαν.—Καύνῳ (Κνίδῳ conjicit Sturzius) καὶ Καλυψοῖ. Orion Thebanus: Κυθέρεια. παρὰ τὸ χεῖν τοὺς ἔρωτας· ἢ παρὰ το χύδην θέρειν καὶ φλέγειν τῷ πάθει· οἱ δὲ παρὰ τὸ κεύθειν, κρυφίαν τινὰ οὖσαν κατὰ τὴν μίξιν. Ἡσιόδος δὲ ἀπὸ Κυθήρων. ἄταρ Κυθέρειαν, ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις. Schol. ad Hesiod. Theog. 196. Κυθέρεια δὲ, ἀπὸ τοῦ κεύθειν τοὺς ἔραστὰς, καὶ λάθρα παραγίνεσθαι· ἢ ἀπὸ τοῦ χέειν τὸν ἔρωτα. Schol. Ven. ad Il. E. 458. καὶ ἡ Κυθέρεια δὲ καθ' Ὁμηρον, οὐχ ὅτι προσέκυρσε Κυθήραις· οἶδε (lege Κυθήροις· οἱ) μὲν γὰρ τὰ Κύθηρα· οὐκ ἀπὸ τοῦδε (lege τούτου δὲ) εἴρηται. Κυθέρεια δὲ, ἢ κευθέμενον (lege κευθόμενον) ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ τὸν πάσης τῆς ἐρωτικῆς φιλίας ἐξηρημένον ἱμάντα, οἷον τὸν ἔρωτα, ὃν πᾶσι τοῖς νέοις ἐφίησι· διὰ γὰρ τοῦ κεστοῦ ταῦτα παρέπεται. "Ἐνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἴμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς, Πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. Vide autem annon ab amore furtivo, inque primis ab adulterio cum Marte facto, Κυθέρεια audierit Venus, ut alia de causa Ἀφροδίτη, quia e spuma maris orta credebatur, exinde etiam Ἀφρογένεια dicta; quanquam etiam de hujus vocis origine inter Grammaticos disceptatur. Fuerit autem Κυθέρεια a κύθω, obsoleto verbo, (vide Od. Γ. 16.) et ἔρος, antiquo et Æolico nomine substantivo, analogia satis facili. Verbi autem obsoleti vestigia etiam in κυθηγενῆς et κυθώνυμος latere videmus. Hesychius: Κυθηγενέσι. κρυφογενέσιν. Idem: Κυθωνύμου. αἰσχροὺν κλέος ἔχοντος. ἢ τοῦ (lege οὖ, cum Ald.) ἄν τις ἐπικρύψει τὸ ὄνομα διὰ τὰς συμφορὰς τὰς πράξεις. ἢ ἀξίου κεκρύφθαι. ubi καὶ τὰς πράξεις Ald. Malim ἢ τ. π. Vide Porson. ad Eurip. Orest. 821. Sic Ἀφροδίτη Ψιθύρος, Venus Susurratrix, simili appellatione, Athenis olim colebatur. Vide Hesych. in Ἀφροδίτη. ψιθύρος, et Ψιθύρα, Suid. in Ψιθυρίζει, Harpocrat. in Ψιθυριστῆς Ἐρμῆς, itemque Meurs. Att. Lect. IV. 12. Eustath. ad Od. X. 445. p. 795. 33. Καὶ ὄρα τὸ λάθρη, συντελοῦν εἰς τὸ, Ψιθύρος Ἀφροδίτη, περὶ οὗ προέγραπται. (ad Od. Υ. 8. p. 718. 38.) Sed et ex κύθω, et

